pulmo anseris siluestris ptisicos sanat. Et dixit q esus spiniti id est papagalli ptisicos sanat. Et dixit Ras. q sepum captarũ montanarum cum pulueribus datuz confert pulmoni vlcerato. Con cordati autem sunt omnes in bolo arme. quod ipsum sumptum in potu est exsiccans vlcera pulmonis ipsorum: ita quod non tussiũt dummodo non errẽt in dieta aut aer ad corruptionem permutetur iuuant iuuamento magno.

Bol° arme.

Et nos experti sumus in vlceribus que fiunt in pectore et pulmone huiusmodi Loch. R. grana pinee maioris recentia tere et cum rob et melle dispumato quousque quousque ad melius substantiã reducantur: et propinct ex eo dissoluto cum aqua calida vsque ad .ʒ. iij. autez labatur admodum loch.

Capitulum. 8. De dispositionibus cordis.

Cor non patitur egritudines magno tempore longo et precipue continuitatis dissolutionem: sed nunc dicem° de his que sibi sunt propria sicut est tremor tristitia sincopis. Et omnes quidem asserunt qd in omni dispositione cordis conferat aurum. Ad cardiacam autem et est tremor eius dicunt margaritas a ppͥetate cõferre sicut etiam muscum dicunt ad idem conferre et cor etiam cõfortare et sanare. Cum vero frigus est in causa tremoris calciamentum hyrci multum cõfert calamentum montanum. Et ad Ras. dixit q cor symie assum desiccatum potatum ad põdus .ʒ. j. cũ mellicrato antiq corroborat cor et auget acuitatem et audaciam: et remouet pusillanimitatem et pulsum cordis et acuit intellectum: et confert contra morbum caducũ. Tremorẽ aũt calidũ remouet acetositas citri et etiaz coriandri. Et nos quidem sumus experti si tollatur puluis coralli rubei et croci et cũ vino subtili bibatur statim tollit. Ad sincopim aũt eius si a caliditate cõtingat cucumer magnus odoratur: nã a proprietate cõfert. Eius quoque debilitati que dormire non permittit mel lissa in ieiunio comesta a proprietate confert. Cor aũt letificat et tristitiam remouet a proprietate lingua bouis et est buglosa. Ad angustiam aũt a caliditate ipsi° poma odorifera comesta sunt magni iuuamenti et cor confortant. Ex expertis nostris ad pulsum cordis sincopim et tristitiam sine causa est electuarium narratum supra capitulo de melancolia qd̃ dr electuariũ de lapidibus preciosis. Ad releuationem autem virtutis vtimur hoc secreto. Sal. R. costi: folij: calami aromatici: gariofilorum electorum olm añ. ʒ. j. galle: acatie: foliorum ros. spodij: saufel: thuris masculi. añ. ʒ. s. terant et cribellentur et conficiantur cum rob citoniorũ est enĩ optima medicina: dosis autẽ sit quantitas nucis Ad cordis qz tremorem et confert etiam melancolie magno iuuamento huiusmodi vtimur qd ex secretis est Sal. R. thuris ros. xilobalsami: gariofilorum: spodij sidalorum rub. carabe marini: sandaracce: aluminis: iamenti omnium añ. ʒ. j. terantur et cribellentur: cum aqua ros. aut aq malorum et ponatur super cor et stomacum. Possunt etiam trahi ad istud capitulum multa ex his que dicta sunt capitulo de melancolia.

Muscus.

Calamentũ hyrci.

Cor symie assi epi.

Acetositas citri.

Poma odorifera.

electuariũ.

Tractatus. 9. primi sermonis De dispositionibus mamillaruz et continet capitula tria.

¶ Capitulum .i. De prohibitione excrescentia mamillarum.



Dixit Rirasis quod testes duo perdicis cum trite cera citrina valde commixte et inuncte mamillas latas et cadentes erigunt. ¶ Et dixit Ras. quod si ex primo sanguine menstruo virginis vngantur capita mamillarum alicuius virginis non crescunt. Et ex his que paruulas in puellis faciunt et earum augmentum prohibent est cicuta ipsa quando tota cum foliis et semine teritur: et ex ea emplastratio assiduatur. ¶ Idem quoque facit fricatura ferri super certe quando cum ipsa continuatur inunctio. ¶ Unguentum autem vespertilionis super ipsis vsitatum operatur ad idem. ¶ Et de sanguine eius dictum est illud idem accidere. Quecumque igitur prohibent testes augeri prohibent etiam mamillas de quibus infra dicetur.

testes duo perdicis.

cicuta.

vnguentum vespertilionis et sang.

¶ Capitulum .ii. de multiplicatione lactis et eius abscissione.

Ex his que mammillas mulieris implent lacte est lactuca: ipsa enim in hoc vehementer operatur. ¶ De succo autem bacharum brionie .id est vitis albe si cum frumento bibatur cocto: et hoc experti sumus facit lac exuberare. Idem autem est brionia et vitis alba. ¶ Aqua quoque ordei in qua coctum est semen feniculi facit abundare lac. ¶ Et Albertus dixit quod si cristallus cum melle potetur dat lac mulieri: et certe verum est. ¶ Exuberare faciunt et facilitant lac folia et semen altee .i. malui anisi quando bibuntur etiam anisum multum auget lac. ¶ Nos autem hec simplicia posuimus et inuenimus mirabile sicut lactucas coctas in aqua ordei in potu: et miro modo lac excreuit stomagis si alia consimilia miscea ntur. Mamillas quoque blandis manibus fricare lactis efficit multitudinem. ¶ Et dixit Rirasis quod lumbrici terre cum vino bibiti lac in nutricibus educunt. ¶ Et dixit Rasis si des in potu oi stres. die ex semine psilij trito .ʒ.i.s. cum vino fiat lac multum. ¶ Ex expertis nostris prouocantibus lac, et roborantis corpus lactantis est vnguis pedis anterious vacce cum vritur et cinis eius datur in potum et hoc affirmat Ra. ¶ Desiccamus autem lac faciendo multiplicare menthā in esu. ¶ Et similiter cum fomentatione huiusmodi coquantur tha. caules in aqua et super eis calidis suffumigentur mamille: aut etiam de eisdem emplastrentur. ¶ Circa hoc multa scripserunt autores et simplicia et composita. Nos autem vt premissum est solum prelaudata simplicia et experta nostra in his et aliis scribimus.

Lactuca et infra.

Succus brionie.

Lumbrici terre.

Mentastrum.

Additio.

¶ Si capita tum mamillarum liniantur ex succo plantaginis fit siccatio subito lactis: et hoc habeas pro magno secreto.

¶ Capitulum .3. De apate mamillarum coagulatione lactis in eis et doloribus et ragadijs papillarum.



Simul autem dicemus de apatibus mamillarum et coagulatione lactis in eis: sepius etenim a lacte coagulato apantur mamille Ad flegmonem igitur mamillarum et tumores maximum est presidium lenticula in aqua marina decocta emplastrata et proprie si flegmon veniat ex constrictione lactis in eis quod sumus experti. ¶ Ad calida autem apata mamillarum et maxime si lac coagulatum est in eis valde iuuatiuum est emplastrum factum ex farina fabarum et sanie ordei .i. sue co: dixit autem Gal. hunc sermonem in sermone de fabis et apata testiculorum et mamillarum est bonum catapla

ma.¶Amsit em he ꝑticule mode- rate infrigidari cũ flegmonant: et maxime qñ ex lacte in eis casea to mãmilla flegmonat ⁊ enim lac extinguitur ab hmõi caliditate alis cataplasmate ⁊ in eodẽ casu recto cõuenit mẽtha emplata et sedat ẽt apata eaꝝ.¶Apata aũt mãmillaꝝ curat curatione perfe cta sudor exercitati cum puluere exercitij mixtus. Gal. autẽ dixit hunc sermonem de tipo.i.sudore i.10.de simplici medicina.¶Opti ma vero sanatio flegmonis ver- berum est:⁊ enim igneitatẽ eorũ extinguit et inflationes repercu- tit ⁊ diaforat:componit enim ex puluere ⁊ oleo humano tipo.i.su- dore hois:puluis autem empla- sata infrigidantia ⁊ repcussiua. Oleũ aũt mollificatiuum sudor aũt ⁊ tipus diaforeticus.¶Aui. aũt dixit ꝙ dꝫ admisceri cũ oleo de alcãna:⁊ si sit ibi lactis coagu latio cũ oleo rosaceo misceat.¶Et kirandus dixit ꝙ si stercus capre cũ veteri vino coquat et superpo natur tumorib' vberum perfe- cte sanat:⁊ similiter genitalium:⁊ articulorum.¶Et iterum dixit ꝙ stercus muris cũ aqua dissolutũ et inunctum dolorem:duritiem ⁊ tumorem vberum perfecte dissol- uit.¶Et dixit Rasis fenugrecum conquassatũ in aqua ⁊ more em pli superponatur mãmillis:lac non coagulatur.¶Ad mãmillas inflatas:⁊ dolorem:vitellum oui crudum cum lana impositum est vltimum.¶Ad dolores aũt ipsaꝝ thus cum oleo ros.⁊ chimolea est singulariter ꝓsidiũ.¶Ad apata dꝫ ex radice affodillorum cum fe- ce vini fiat emplm.¶Ad duritieꝫ aũt herbus ꝓprie vꝫ ⁊c. ordeum sine cortice fm Serap.¶Easdem aũt durities:camepitheos em- plastrata diafora.¶Coagulatio- nem autem lactis mirabiliter dis soluit coagulũ leporis dissolutum cũ aceto ⁊ suppositũ.¶Si quoqꝫ tria grana cere in modũ fabe de- glutiant lac coagulatũ dixit dya. quod dissoluit:¶Ad flegmones vl cerosas mãmillaꝝ optima medi- cina est vnguentũ ⁊ fricatura plũbi cũ oleo.¶Ad idẽ est emplm factũ ex folijs canabis ⁊ est caulis iperialis.¶Ex nostris aũt ad cõ- strictionem lactis ⁊ sanguinis in mãmilla est vt tollatur rutha et sulfur ⁊ coquantur simul cũ mo- dico aceti ⁊ fiat emplastrũ.¶Ad apa aũt calidũ mãmille valet sul- fur alias surfur infusum in vino et emplastratũ.¶Ad apata aũt dura mãmillaꝝ fimaturi fecis vl ni pars.j.salis pars tertia teran- tur adinuicẽ ⁊ fiat emplm.¶Que cũqꝫ aũt cõferunt ad apata testi- culorũ de quibus infra dicet hic conueniant.¶Et qꝛ ad ragadias que fiunt in papillis expertissimã habemus experientiã de nostro vnguento scripto supra capitulo de scissura labioꝝ:⁊ infra de ra- gadijs multa dicentur:ideo pro- pter breuitatẽ tacem' multa de his.Dixit rasis ꝙ ad scissuras vl cerũ mulierũ ⁊ vẽtris:et femoris ꝯburat tarcuta marina ⁊ miscea tur cũ albumine oui ⁊ lactẽ asine et inunganẽ loca.

Glossa.

a ¶Nota ꝙ si calefactio fiat a frigido resoluat cuꝫ calidis:sicut sunt succus apij:blete:rute:fenu grecũ:anisum:ciminum:siselcos abortanum:⁊ succus feniculi.Ac cipe ergo vnum istorum aut plu- ra ⁊ cũ farina lupinoꝝ myrrha:⁊ croco ⁊ vino alb.fiat emplastruꝫ: et super mãmillam apponat vel imponant pãni intincti in predi- ctis succis ⁊ tepidi superponant. Si autem cale actio fiat a calido tunc.℞.succi caulium:succi mau rele:succi coriandri:succi portula ce:ãn.tunc ista cũ oleo rosa.⁊ ace- to forti ⁊ farina ordei misceantur et fiat

Sudor pulue. hoiser ercitati.

Stercus capre.

Ad inflationes. vitellum oui crudũ.

Dissoluentia lac.

Canabis.

Ad ragadias.

et fiat emplastrum: et possumus modicam quantitatē myrrhe et croci vt melius valeat penetrare addere et super ponatur actu cal. ¶ Illud autem quod in vtraq; causa resoluit casationem do lorem z tumorem mammillarum supposito bono regimine sūt acetum vinum album et aqua calefiant igitur et proijciantur super mammillam et fiat completa eorum resolutio.

Additiones.

¶ Ad duritiem nodos z glandulam mammillarum. ℞. dragagāti gumi arabi. vitella ouo. ru olei viola. z misceantur z fiat emplm: si fortius operari volueris liquefiat cera z pix in oleo ro. z addatur modicum fellis z stercoris co lumbini z fecis vini āntiqui z fiat emplm est eīn optimum.

¶ Ad fistulas mammillarum lauetur quotidie cum vino duro cali. vbi bullierit myrrha: postea siccetur deinde. ℞. sarco. z aloe puluerizentur z misceantur cum melle z inuoluatur tanta z in fistula intromittatur est de secretis cōtra fistulam.

¶ Serap. recitat de maiorāna: z propter hanc causam ponentes ventosas administrant succum eius vnguen. locū vētosatum ne cicatrices appareant: z sic ad ꝓpositum possumus adaptare.


¶ Tractatus. 10. De dispositionibus stomachi continet capitula sex.

¶ Capitulum. 1. prohemiale.



Erū quia semper aliquid superfluuz reperitur in cibo cui9 presentia non idonea membus dotauit natura singula membra expulsiua virtute que quod superfluū est ab eis expellat: quo circa ordinatum est membrum quodlibet virtute quadruplici. s. attractiua: retentiua: digestiua: et expulsiua: nutritiua: cōmunis inter cetera membra sunt stomachus et epar.

¶ Capl'm. 2. De debilitate stomachi z eius cōfortatione ructis: acidis: z siti.



Onemus stomachos debiles habētes qui magis in actu digesti ue virtutis leduntur ꝙ alicuius alteri9 ꝙ lz a pluribus causis possit accidere. frigiditas tn̄ magis est cā siue sit sola siue cum materia flegmatica contenta in stomacho: ponemus tam in cā calida ꝙ frigida remedia necessaria. ¶ Et vinum quidē pastinacha ponitur in hoc singulare presidiū qn̄ homo vtitur illo z fit hoc modo. Tollantur et mo radices pastinace in vno nodio dus mu musti z ponatur ex eis. ℥. j. z di. z di mittatur per tres menses postea coletur et vsui reseruet. ¶ Succus gentiane cū aqua bibitus stomatichis maxime ꝓdest. ¶ Cassia lignea vero stomachū debilem cōfortando fortificat. ¶ Pulegiū cōfert debilitati stomachi z maxie montanum. ¶ Confert ad malitias stomachi valde betonica qn̄ masticatur. z deglutitur z postea parum vini calidi deglutiat vel bibatur. ¶ Semen autem grami nis omnino conuenit stomacho. ¶ Confortat autem a proprieta te enula: maxime autem vinū factum cum ea. ¶ Ad idē scriptum est ꝙ smaraldus cōfert superligatus stomacho etiā portatus in digito z hoc sibi a ꝓprietate inest. ¶ Defectioni autem stomachi mirifice ꝓdest puluis radicis vitis syluestris z similter flores ei9 verum. hoc est qn̄ a causa calida sto

Uinum pastinacha. | Pulegium. | Semē graminis.

machus deficit. ¶ Debilitati stomachi et eius molificationi conuenit vinum et vinum vel aqua in quibus ferrum expressum quod cali tinguitur. Auic. dixit quod cortices alibani confortant stomachum et stringunt eum et sunt magis calefaciens et magis iuuans cum indigestione et cortices magis colligunt stomachum mollificatum. ¶ Ex expertis nostris. Rx. nucis cipressi partem j. partem. s. olei dulcis quantum ad intentionem sufficit fiat emplastrum. ¶ Succus autem cuscute trita in vino positus facit stomachum fortem. ¶ De mellissa autem scriptum est in stomacho frigido et humido. Mellisa in ieiunio comesta cofert et facit digeri grossum cibum et aperit opilationes cerebri et proprietas eius est cōferre debilitati cordis que non sinit dormire nos damus illam siccā cum melle et est vltimum. ¶ Calere autem facit stomachum fortiter et confortat inunctio facta cum oleo decoctionis abrotani. ¶ Corroborat et materias etiam corruptas etiam expellit ab eo lignum aloes quando ex eo sumitur. ℥. j. s. ¶ Quod aut abstergit stomachum per secessum et flegmate quod in eo est sunt cappares saliti non abluti ante cibum sumpti: saliti autem et abluti ante cibum assumpti: digestionem confortant et appetitum relevant. ¶ In quo eodem casu saturegia proprietatem habet et digestionem confortat. ¶ Zinziber aut cōditum et proprie cum melle a proprietate cōsumit superfluitates que sunt in eo maxime que generate sunt propter fructus humidos: sicut sunt melones et similia. ¶ Ad appetitum cōfortandum et ad debilitatem stomachi remouendam est calamentum. ¶ Quod aut corruptionem digestionis et eius malitiam remouet et flegma grossum quod est in eo et intestinis deponit est vinum squilliticum quod sic fit. Rx. squille incise et mundate cum cultello ligneo manas quatuor et ponantur in ansora plena vino et dimittantur sex mensibus. postea colentur vinum et dimittatur in vase squilla cum multum confert ad digestionem confortandam. ¶ Quod aut multum digestionem confortat est sirupus de camepitheos sumptus in ieiuno et quando erit antiquior tanto erit melior. Si autem bibatur decem diebus quacunque die ciatus vnus ex succo absinthij appetitus prouocatur et in hoc est mirabilis. Est autem ciatus. ℥. j. s. ¶ Appetitum pregnantium corruptum sedat et stomachum sanat et cofortat decoctio citri. ¶ Et experti sumus quod talem appetitum falsum sanat succus foliorum vitis domestice aut capreolorum eius cum vino stiptico preparatus in potu. ¶ Eundem appetitum pregnantium sanat acetosa quando in vino pontico coquitur et potui datur. ¶ Cōfortat aut digestionem: et digerit cibum: et sedat inflāmationem: et est bona stomacho radix siseleos in cibo vel potu sumpta. ¶ Sirupus etiam de citonijs stomachum valde calidum cōfortat. ¶ Et propriis aut laudatis in mundando stomachum et corpus stomachum cōfortat hoc est vt sumatur citonium et euellatur totum quod est in medio vbi sunt semina et impleatur scamonea et inuoluatur postea et coquatur in furno et postea abiecta scamonea comedatur pomum. ¶ Vinum nobilissimum quo vos vti consulo stomachum confortat: sensus exacuit: bonum colorem facit: et bonum otis odorem: et cōfert tremori cordis. Rx. mirabolanorum omnium ana ℥. j. pistentur bene. deinde. Rx. quatuor fialas vini rubei boni stiptici ponantur in eo et feruecant feruore magno. deinde. Rx. cinamomi masticis ana ℥. j. galange ℥. s. macis ℥. j. s. pistentur optime et addantur et dimittantur per dies octo. Dosis est. ℥. v. vsque ad. ℥. ix. secundum quod virtus exigit ¶ O venerande

Marginal notes: Beatis — Melli- sa. — Oleum abrotani. — Vinum squilliticum modus hendi. — Decoctio citri. — Radix siseleos. — Vinum artificiale sotiuum.

de domine huic vino nostro exper to te adhereas cu͂ indiges soluti uo vbi necessitas alia imminet et faciet et enim reuiuiscere sensus tuos. ¶ Confectionem etiam qua hunc vtimur tan͂q̄ vtilem in bonificando stomachum frigidum scribam ⁊ est. ℞. triu͂ piperum an. auf. v. zinzibe. asse. anisi ana. auf. ij. spice ameos amomi. ana. auf. j. cassie linee seminis apij siseleos assari enule sicce. an. auf. s. ⁊ conficiantur cum melle dispumato. ¶ Electuarium insuper de scoria ferri visitatum est ex eis que stomachum vehementer confortāt: et bonum colorem corporis ⁊ faciei ⁊ reddit. ¶ Hoc autem nostro experimento stomachum vigoramus. ℞. cuscute: seminis apij: et feniculi: cinnamomi: piperis albi et longi omnium ana: zuccari quātum omnia fiat puluis. Dosis est a. ʒ. j. vsq̄ ad. ʒ. iij. cum aqua calida. ¶ Quod autem acetositatē stomachi ⁊ puncturas tollit q̄ causantur a frigido est electuariu͂ huiusmodi qd̄ assumpsimus multoties ex secretis Gale. ℞. mirabolano. nigrorum belliricoru͂ kebulorum et emblicorum nutr itorum in lacte an. auf. x. terant̄ ⁊ cribellentur ⁊ liniantur cum oleo de amigdalis dulcibus. deinde sumatur masticis zinziberis cinamomi capparis: assari: croci. an. auf. iiij. costi dulcis: piperis: macro piperis: sataragi indi: corticum cassie ligne: omnium an̄ auf. iij. nucismuscate: macis: cardamomi: xiloaloes indi: cubebe: calami aromatici omnium ana. auf. ij. terantur ⁊ cribellent̄ ⁊ liniantur cum oleo balsami ⁊ conficiantur cu͂ melle. Dosis est aureus vnus. Loco autem olei de basalmo vtimur oleo anetino. Emblici autem sic nutriuntur in lacte. fundatur super embilicos lac dulce ⁊ mutetur mane ⁊ sero ⁊ hoc fiat per triduu͂ postea siccentur in vento et vmbra et vsui reseruentur. ¶ Nos autem nostro experimento didicimus in hoc casu mirabiliter mo logatas al's melegetas sumptas iuuare. ¶ Tandem autem acetositatem et ructus acidos sanat nostrum experimentum Gale. ℞. omnium piperum an. ʒ. iij. xiloaloes. ʒ. j. spice: amomi ana. ʒ. iiij. ʒʒ. seminis apij. siseleos ro. cassie fistule munde: enule: assari omnium ana. ʒ. j. terantur et cribellentur ⁊ conficiantur cum melle dispumato. dosis est sicut castanea. ¶ Ad idem autem cum decoctione absinthij spicam propinamus in potu. ¶ Consequenter grana pinee maioris retenta cum succo portulace aut aqua decoctionis eius et propinentur. ¶ Usnen etiam sumptum cum vino vel aqua decoctionis masticis corruptas ructationes tollit. ¶ Et quia stomach⁹ non minus a causa calida quam frigida debilitatur bonum est ponere que illum corrigant. ¶ Portulaca enim cum aceto comesta mire sanat ardorem stomachi. ¶ Si autē ardor ⁊ sitis essent propter flegma salsum quod esset in stomacho: alleum comestum a proprietate tollit. ¶ Ad sitim autem colericam: cōfert vehemēter mucilago psilij cum oleo ros. sumpta. ¶ Endiuia quoq̄ et maxime syluestris est de melioribus medicinis ad stomachi caliditatem. ¶ Emplastrum quoq̄ factum ex folijs et capitibus vitis ⁊ maxime syluestris cum farina ⁊ est succus ordei multum cōfert. ¶ Sirupus noster ad idem qui est ex secretis Gale. ℞. succi basilici succi granatorum dulciu͂ ⁊ acetosoꝝ aq̄ cucumeris sarracenici: tamarindorum: aque cassie fistule: aque citruli aque malorum citoniorum omnium an. lib. j. robvue vere dulcis lib. viij. coquātur vsq̄ ad spis-

Margin notes: Electuarium de sco. ferri. — Electuariu͂ ex secretis Gal. — Melegeta. — Electuarium nostrum. — Portulaca. — Sirupus noster.

fitudinē preseruantem a malitia: et pōt addi zucharum et fit sirupus dosis cum aqua frigida coclear vnū hic sirupus non solum inflammationi calide stomachi cōfert: sed etiam nausee: ⁊ malitie digestionis: ⁊ vere siti. ¶ Eandem autem caliditatem ⁊ sitim extinguūt vehemēter trocisci huiusmodi. ℞. seminis citrulli: seminis portulace: liquiricie munde: omnium añ. ℥. viij. dragaganti. ʒ. iiij. terantur ⁊ conficiantur cum melle psilij ⁊ fiant trocisci. ʒ. j. et administrentur. ¶ Ad hoc idem sunt trocisci nostri extinctiui ardoris vrine de quibus infra dicetur capitulo de ardore vrine. ¶ Apozima autem istud est de mundificantibus stomachum valde in quo est fiducia magna. ℞. mirabo. nigrorum belliricorum et emblicorum: radicum apij feniculi: squinanti: cimarum squinanti: capitis lilij omnium añ. ʒ. x. spice: masticis: calami aromatici omnium añ. ʒ. iij. suchaa bedegua ramborum añ. ʒ. v. coloquintide interioris. ʒ. ij. coquantur omnia in. v. libr. a que donec ad lib. j. deueniat postea proijciatur super eo aleos succotrensis. ℥. j. ⁊ ponatur in sole. dosis est ab. ℥. j. vsq ad. ʒ. ij. secundum quod virtus tolerat.

Troci sci.

Apozima.



¶ Caplm. 3. De vomitu.

Vomitus sicut ⁊ alie dispositiones stomachi preter naturā corrigēdus est: nisi cretic⁹ existat ⁊ motu nature factus tunc enim esset prohibitio eius nociua nisi superflueret. ¶ Et vomitum quidem flegmaticum sedat a proprietate menta sola syluestris bibita aut cum aqua simbrij. ¶ Eruscite cum aceto bibita illum sedat. ¶ Experimento quoq scitum est quod sal vsus in sacculo positus et superpositus illum sanat. ¶ Puluis autem mororum siccorum quando sunt viridia statim stringit. ¶ Mollificatum autem stomachum multitudine vomitus tamarindi stringunt ⁊ coadunant. ¶ Ad vomitū autem sang. sumantur. ʒ. iiij. serpilli cum aceto. ¶ Contingit quando q3 oportere prouocare vomitum quod facimus prouocando vomitum flegmaticum dantes ex radice betonice cum hydromelle. ¶ Et deinceps experta nostra scribamus. Illud autem cum quo nauseam tollimus: et vomitum: ⁊ appetitum prouocamus est hoc. ℞. lupinorum dulcoratorum ⁊ cum aceto propinentur quod si calefactionis adsit necessitas: addimus modicum vini: si autem retentionis et stipticitatis necessitas modicum vini granatorum aut citoniorum admiscemus. Utile autem est hoc in emplastris apponere non minus quam intra. ¶ Ad vomitum autem cum significationibus frigidis tollatur cardamomum maius cum capitibus suis et bibatur cum vino decoctionis masticis ligni aleos et succo mente si sit cū signo caliditatis sumatur cum vino granatorum. Si autem dispositio sit media ad succum granatorum addatur modicum succi mente. ¶ Ad nauseam quoq sumatur florum squinanti et piperis añ. fiat puluis de quo detur auf. j. vsq ad auf. ij. cum vino aromatico. ¶ Ex his autem expertis que nos Gale. docuit est hoc non solum vomitui valet: sed etiam debilitati stomachi et solutioni ven. ℞. granatorum acetosorum citoniorum amborum ana xx. numero pirorum zuzule alias iuiube amborum ana. numero. c. sumach auf. lx. granorum mirti. auf. cc. terantur omnia et ponantur in vase vitreo ⁊ super pona=

¶ Abscindētia vo. flegmaticum.

Prouocare vomitum.

cardamomū

Edantia nāseam.

tur aque libr. xxx. et decoquatur decoctiōe bona et exprimatur fex ab eis postea ei quod clarum est mellis lib. ij. bulliant vsq ad spissitudinem mellis et recondatur. dosis est coclear. j. cuz aqua frigida.

Ad vomitū infantiū. ¶ Uomitum quoq infantium et flegmaticum precipue cito sanamus cum huiusmodi puluere. ℞. ruthe sicce partem. j. olibani partem. s. misceantur et detur ex eo secundum quod necessitas prouocat quādoq cum sirupo rof. quādoq cum aqua quandoq cum vino mixto.

Siru. ¶ Sirupus quem pater composuit religioso nostro cuius etas erat fere. 40. annorum cui acciderat vomitus sanguinis in quantitate magna fere lib. xv. ex ipsi⁹ aqueitate ꝛ multitudine circa totum. ℞. radicum quinq fuschaa: bedeguar: camepitheos: capillue. scolopen. ana. ℈. s. succi eupatorij: reubarbari ana. ʒ. ij. sli as. ʒ. j. cassie: spice: spodij: cuscute: masticis: corticum thuris: aā. ʒ. j. s. passularum non enudeatarum. ℥. j. rof. ℥. s. squinanti. ʒ. iij. fiat sirupus cum zucharo et aromatizetur cum ambra. ʒ. s. iuuatiue est ergo per ipsum. ¶ Confert etiam secretum Salle. quod infra scribitur capitulo de fluxu ventris.

¶ Capitulum. 4. De singultu.


Pauca dicemus de singultu per inanitionē nō enī recipit curā nisi vix. ¶ Ad eūdē autē q̄ de repletione: cōiter oīa dicta ꝛ dicēda calefacientia stomachū sunt iuuatiua. ¶ Cuz ergo est cuz dolore stomachi singultus


Succ⁹ aneti. detur succus aneti in potu ſm qđ infra scribetur capitulo de dolore stomachi. nā anetum a proprietate tollit ipsum. ¶ Ciminum etiā cum aceto bibitū cōfert: etiā si torsiones adsint. ¶ Aufert autem singultum serpillū cum vino bibitū ¶ Ad idē aūt si bibat sisimbrium cum vino ꝛ propter semen eius. ¶ Eundē aūt ꝛ si sit flegmaticus

Semē ruthe. tollet semen ruthe qñ de eo in potu sumitur. a. ʒ. j. vsq ad. ʒ. ij. Experti sumus quod ipm tollit fortes imaginationes subito impressas ꝛ etiā retentiones anhelitus vsq ad suffocationem.

Additio.

¶ Aloe per se datum optimum est remedium in singultu de repletione: platearius et experto credite.

¶ Capitulum. 5. De dolore stomachi.


Quamuis omnis dolor virtutem prosternat ꝛ auferendum se iudicet. dolor. n. stomachi est ex maxime deiiciētibus virtutem tam propter sensibilitatem sui quam habet propter duos neruos grossos descendentes ad os eius a cerebro & propter cōtinuitatē quā habet cum corde vnde citā sincopim parat⁹ est accidere quare de ipso tractādū est. ¶ Et scriptum quidē est et nos experti sumus quod succus aneti in aqua coctus ꝛ bibitus vsq ad ciatos tres miro modo releuat dolorē stomachi quo est cuz nausea ꝛ singultu.

Corallus. ¶ Corallus autem bibitus cū aqua pluuiali iuuat ꝛ est expertum in causa calida. ¶ Summitates ꝗ palme nouelle cū primo nascitur sumpte in potu a proprietate tollunt licet in causa calida magis.

Pellicula interior stomachi galline. ¶ Dolorem aūt oris stomachi tollit semen nasturtiū si cū late caprino bibatur. ¶ Tollat quoq interior pellicula stomachi galline siccetur ꝛ detur in potu stomachi dolorem aufert.

¶ Idē aūt pōt omnis pellicula interior stomachi cuiuslibet auis: sed in hoc casu excellētiā hʒ hec.

Lac oē stomachū inflat muliebri excepto nisi sal ei admisceatur.

¶ De lacte aūt mulieris scriptum est q̄ illum tollit. Omne autē aliud lac inflat stomachū. verum si modicum salis misceat̃ cum eo confert. ¶ Absinthium cum oleo ros. vel cum rosio illum tollit. Et nos ipsi experti sumus bullientes ipsm cū rosis in vino stiptico: ꝛ fomentantes ipsum: aut si solū ipsū ebullimus ꝛ postea sm̄ exigentiam plus vel minus admiscemus oleis ros. ꝛ fomentamus. Aut buccellā panis assi in vino infundim⁹ ꝛ stomacho applicamus ꝛ ꝑ optimū inuenimus etiā in antiquis doloribus.

Ius gallorꝫ

¶ Ius autem gallorūꝫ in hoc casu multum conuenit. ¶ Idē ꝛ andacocha ꝛ oleū eius. Est autem andacocha trifolium. ¶ Dolorem ꝛ mordicationē sedat semen peonie: ꝛ confortat stomachum ꝛ ꝓhibet materias effundi ad ipsum qñ cum sirupis datur stipticis. Nos autem damus ex granis ei⁹. xv. nigra aut e radice eius quantum est auellana vna ꝛ idē operatur.

A casu ꝛ ꝑcussione.

¶ Contingit autem q̄ quandoq̄ dolor fit propter percussionem ꝛ casum. ꝛ tunc sumatur mumie gra. j. cū duob⁹ dauich boliarme. ꝛ dauich. j. croci.

Quid dauich.

Est autē dauich pōdus. 8. grano. ordei.

Aqua ostracorum crudorum.

¶ Dolorem autē stomachi sedat aqua q̄ inuenitur in ostrachis crudis bibita cū aperiunt̃. ¶ Et licet q̄dā experta sint tacta nūc seriatim alia dicemus. ¶ Ad dolorē aūt ventosum. ℞. extremitatū absinthii partem. j. siseleos spice celtice. a ñ. partem. s. terantur ꝛ coquantur in aqua ꝛ propinentur in potu. ¶ Ad dolorēꝫ qui est cū acetosa eructuatione masticet infirmus agaricum a. ʒ. j. vsq̄ ad. ʒ. ij. ꝛ postea deglutiat et post ipsum bibat modicum vini permixti aut cuꝫ iulep. vt exigit dispositio. ¶ Ad idēꝫ pululos florum vitis syluestris facientes vuas ꝓpinetur in cibo ꝑ condimento hoc habet verū in causa calida. ¶ Materias autē effundi ad stomachum q̄ sunt causa doloris ꝓhibet nux cipressi recens q̄tuꝫ pōt esse aut sumitates eius recētes propinate in potu cuꝫ vino. ¶ Si aūt propter apostema dolor esset tunc premissa euacuatione ꝑ cōmiā ꝛ aliis necessariis.

Cauda cabalina

Cauda cabalina emplastrata ꝛ bibita multū prodest quo casu mastic etiā prodest. Et secretū Gal. scriptū. j. capitulo. de opilatione splenis est vtile.

¶ Caplm. 6. De congelatione lactis vel sanguinis in stomache.

Assa mirta cū serapino.



Coagulationē ergo lactis in stomacho dissoluit assa mirta cū serapino qñ cū aqua ꝛ vino mixtis sumunt̃. ¶ Sanguinē congelatū dissoluit succus foliorū ebuli bibit⁹. Eūdē aūt sanguinē cōgelatū dissoluit lixiuiū hmōi qñ ex eo bibit̃. ʒ. j. s. cū pauco oleo. ℞. extremitatū ficus domestice vel syluestris ꝛ ꝑ prius comburatur et tollatur cinis et infundatur in aqua aliquibus horis postea coletur ꝛ in colatura ponatur alius cinis et fiat vt prius ꝛ hoc pluries fiat ꝛ in fine administretur. Huic autem lixiuio est propinquum lixiuium factum ex cinere quercus quando similiter fit. ¶ Coagulum autem leporis est bezaar in coagulatione lactis in stomacho: et similiter omne coagulum: sed leporinum fortius: et hoc placuit Gale. Et hoc idem confert ad sangui. congelatum. ¶ Et dixit Ras. q̄ coagulū paruuli catuli cū vino bibitū dissoluit coagulata solutione leui ꝛ alleuiat ipsa hora qua potatur. Lac insuper et

sanguinem coagulatum in stomacho dissoluit cinis ysopi humide in potu sumptus. Est autem ysopus humida humiditas quedaz que a pilis & lana que est circa pudibunda arietum assumitur. Et mirum est de lacte ficus optime liquefacit sanguinem & lac et coagulata & que ex eis liquefacta sunt coagulat & hoc testatur Aui. Nos autem experti sum⁹ & in rege rasie facimus acetum. nam illud datum parum bibere aut cum modica aqua valde statim vomere facit lac coagulatum in stomacho.

Cinis ysopi humide.

Additio.

Quidam passus est fluxuz san. na. ex quo ad eius stomachuz fluxit san. multitudo & coagulat⁹ in stomacho accidit vē. inflatio qua re, dedi mel cum succo apij & euomuit san. coagulatum et liber factus est.

Tractatus .ii. p̄mi sermonis. De dispositionib⁹ epatis et cōtinet capitula .5.

Capitulum .i. De epaticis & epatis debilitate.




Epar creauit deus tanq̄ anchoram in corpe: alligate eni omnes vene ad ip̄m sine pōderositate trahunt & sic aperte permanent ad transitum nutrimēti per eos ipsum autē est ex nutritiuis mēbris cōmunibus vt minera naturalis virtutis qd̄ eni in stomacho est: est digestū statim vadēs ad epar ibi statim perfectaz secundā digestionē recipit & mutationem in quatuor humores quare de ipso merito post tractatum de stomacho est dicendum.

Dicemus igit nunc de habentibus epar debile quos vocamus epaticos. Et epaticis quidē maxime pdest succus gētiane quando cū aqua bibit. Ad idē autez est maxime presidiū camomilla cū aqua calida etiā si febres existant. Ad omnes epatis iniurias mala maciana maxime possunt subuenire: sicut ad oēs eius egritudines confert multuz epar lupi et lignum album multū confert ei in omni eius dispositione. Ad epaticos autem est singulare remedium vinum de pastinaca et eius vsus cuius doctrina posita est supra capitulo .2. tract. de dispositione stomachi. Gal. autē dicit in libro suo de nutrimentis quod vsus pistachiorum epar bonificat.

Succus gētiane.

Uinū de pastinaca.

Capitulum .2. De oppilationibus epatis.



Strictura viarū q̄ est in epate maxima cā est vt frequēter oppilationes cadāt i ipso quorū curā nūc dicemus. Et ad opilationes epatis cētaurea minor est ex nobilioribus medicinis & non solū in oppilationibus sed in hictericitia. Et dixit Gal. in .7. q̄ cētaurea mi. est optimū farmacū emplastrata. Ad idem autem valde confert tarasacō & est endiuia syluestris siue sit interius comesta siue exterius emplastrata seu applicata. De cubebis autem scriptum est quod fortiter opilationes aperiunt. Et in apertione earum rubea tintorum proprietatem habet. Aperiunt aūt vias cibi ficus sicce quādo mane stomacho ieiuno comedunt cuz nucib⁹ q̄ melius est aut cum amigdalis & in hoc casu sunt mirabilis iuuamenti Et Gal. dixit. in .2. tract. de nutrimentis. q̄ idem operatur si cum pipere aut calamēto sumantur.

Cētaurea minor.


rubea tintorum.

Et nos quidem cum pipere damus: nam cum predicta vtilitate quam faciunt: abstergunt stomachum et ipsum confortant. et hoc pro stomacho nostro laudo. ¶ Aduertendum tamen quod omnia que dicuntur de hicteritia in hoc casu conueniunt et econtra: sed hec magis a proprietate hic illa vero ibi quare alternatim permutare licebit auxilia. Experti quidem sumus quod semen cuscute est ex melioribus medicinis et fortioribus rebus in aperiendo venas paruas et magnas precipue quando cum bono zuc. administratur. ¶ Utimur autem in hoc casu tyriaca nostra scripta supra cap. de soda dando eam cum decoctione absinthij et maxime circa finem egritudinis. ¶ Ex expertis paternis est vt tollatur farina lenticule excorticate vsque ad coclear vnum et cum aqua feni. ℥ ij. et vrine infantis non polluti. ℥ j. misceatur et quolibet mane bibatur. Est enim potens non solum in hoc casu sed etiam in apertione opilationum splenis et omnium nutritiuorum.

Semen cuscute.

Expertum patern.

¶ Capitulum .3. De hicteritia et inflatione epatis.



Hicteritia est fedus color totius quod vt plurimum sequitur opilationem epatis quecunque sit illa et tunc est hicteritia citrina quandoque vero opilationem splenis. et tunc fit nigra. Gratia igitur breuitatis de vtraque dicemus. Et quia quecunque opilationi conferunt conueniunt in casu ideo et predicta de cura opilationis possunt adduci proprie hicteritie que nunc scribemus. ¶ Et ex his que illam tollunt est succus pentaphilon. est enim maximum presidium quando ex eo tolluntur tres ciati. Est autem ciatus ℥ j. s. ¶ Electuarium autem cum lacte naribus immissum est presidium singulare. ¶ Semen quoque rosmarini cum pipere et vino datum est singulare remedium. ¶ Confert autem in hoc casu decoctio foliorum raffani. ¶ Confectio de amigdalis in hoc casu est vehemens medicamen quod est. ℞. amigdalarum amararum. 3. ʒ. gentiane. ʒ iij. anisi. ʒ ij. absinthij pontici. ʒ j. simul terantur et cribellentur: et ex hoc puluere detur coclear vnum cum aqua. His autem qui timent amaritudinem detur cum mulsa: id est aqua mellis. ¶ Mirifice etiam facit ad hicteritiam iecur heritij siccum quando propinatur in potu. ¶ Scriptum est quod camepitheos confert super omnia medicamina et maxime recens: et hoc quando flores eius bibuntur septem diebus cum vino et etiam eius decoctio bibita septem diebus sanat illam. ¶ Idem autem facit camedreos. ¶ Ad hicteritiam quoque decoctio stipitum affodillorum est maxima medicina cum in potu sumitur. ¶ Nigram autem hicteritiam sanat litium bibitum de foris splenitum. ¶ De ramis arboris eius est scriptum quod conferunt vltime hicteritia omni. ¶ Aqua autem decoctionis cuscute bibita est mirabilis. ¶ Eandem autem curant vene rubee tinctorum sumpte et maxime cum aniso in vino al. homini autem secundum quosdam est rubea tinctorum. quidam autem dicunt quod sunt radices grane. ¶ Confert autem ad vtranque hicteritiam valde decoctio calamenti bibita et balneum etiam decoctionis eius. ¶ Ad idem autem bibantur tres aur. solum duchor marien et est panis porcinus cum vino aut mellicrato permixto aqua et sanantur. sed patiens pannis cooperiatur et sudet multum et sudabit sudore co-

Descriptio confectionis de amigdalis.

Calamenti.

lerico. ¶ Dicit aūt Gal. 7. de simplici medicina. opz autem puto bibitam esse aquam eius vsq; ad ʒ.iij. & reliqua que dicta sunt subdit: & dixit Mesue. ʒ.iiij. eius bulliant dissolute cū zucharo vsq; ad tertiā partem & bibant mane: et fiat sicut dictum est: & est medicina experta quā nos etiā experti sumus datur etiā cū mellicrato.

Lumbrici terreni. ¶ Bibant aūt lumbrici terrestres cum vino & victeritiam sanant. ¶ Rasis dixit q̄ si bibantur ex felle leonis dauich nouem curat victeritiam prima vice. ¶ Et dixit stercus ouis bibitum ad pōdus. ʒ.ij. cū oximelle curat victeritiā. ¶ Et experti sumus q̄ si detur in potu ex stercore ouis cū oximelle et aqua decoctionis spargi aut camepitheos q̄ confert valde.

Fel leonis.


Secretū Gal. ¶ Hoc quoq; vtimur Gale. secreto. ℞. euforbij: epithimi: aloes: sulfuris: seminis apij: omniū aā. partem vnam terantur & dent ex eis. ʒ.ij. cum aqua casei. est enim vltimum in auferendo victeritiaz totius corporis qñ non est a causa calida. ¶ Et similiter vtimur secreto ipsius scripto cap. de morphea & albaras. ¶ Cum aūt epar inflāmari incipit tunc ex laudatis est aqua granatorum acetoso rum proprie qñ causa inflatiōis est vinū habet enī ꝓprietatem in hoc. ¶ Ad caliditatem quoq; eius endiuia est ex melioribus medicinis: & similiter eius epithima qđ fit ex aqua eius cum cerusa & aceto. dicit enim Aui. q̄ est mirabile epithima infringendo illud cui⁹ infrigidatio queritur.

Ad epatis inflāmationes.

Aqua granatorū.

Nota.

¶ Capim. 4. De hydropisi.



Hydropis prelaudata remedia ponunt et lz eius tres sint spēs: atamē quecūq; laudata i vno ponūt⁹ cap. ¶ Et dixerūt quidā antiqui quod radix ebuli in vino cocta & bibita eximiuz est remedium. ¶ Carnes quoq; erītij trite et cum oximelle bibite est singulare remedium. ¶ Succus quoq; foliorum & radicum vmbilici veneris est singulare presidium & maximum. ¶ Porrum autem dixerunt esse presidium maximum. ¶ Cauda autem equina bibita & emplastrata multum confert. Decoctio quinq; maiorane maxime cum passio est in princ. prodest multum. ¶ Et dixit Kirandus quod si de sanguine coturnicis bibantur duo coclearia hydropicos perfecte sanat. ¶ Urina quoq; caprarum & proprie montanarum cum spica bibita omni mane aut cum pipere. aut cinnamomo vsq; ad quantitatem. ʒ.j.ß. curat hydropē expellens humiditatem eorum per fluxum vendr. & renes quod expert⁹ sum & pauperculos multos sanaui: sed in pluribus ipsam dabam cum spica. ¶ Et de stercore ipsius capre idem asseritur: similiter ꝓpinato q̄ si ventres cum eodem stercore emplastrentur: aut stercore bouino in sole attenuat vē. et aquaz resoluit & cōfert iuuamēto magno. Et Ras. autoritate Gal. addit huic empl'o acetū. Et iterū dixit Ras. q̄ vrina ouis rubee aut nigre posita al's potata multum confert hydropisi carnose. ¶ Et idem dixit de stercore eius cū melle bibito. ¶ Dicūt quoq; q̄ sanguis porcin⁹ aut hyrcinus cū poramelle mixtus & sumpt⁹ curat hydropisim. ¶ Uinū de oppoponaco qđ scriptū est infra cap. de opillationibus splenis confert. ¶ Tarasacō. i. endiuia sylūestris multū cōfert. ¶ Si superponatur q̄z vnguentum factū ex obstrachis et maxime syluestribus tritis cū conchilijs suis: et dimittatur donec attenuetur & cadat per se iuuat multū. ¶ Membra aūt eorum frigore vexata betonica trita et

Carnes erītij.

cauda equina.

Stercus capre & bouis.

Sanguis porcinus et hyrcinus.

imposita mire sanat. ¶ Ponemus nunc laudata per ipsos in eductione aque ipsorum: demum circa hydropem nostra ponemus experta. ¶ Dixerunt autem quod in eductione aque hydropicorum radix hyreos proprietatem habet.

Radix hyreos remeisir.

¶ Remeisir autem et dicitur quod est species opoponacis non habet par in soluendo. ¶ Purgatio autem facta cum cucumere asinino mirabiliter confert ducendo aquam sine nocumento quando datur in potu de radice eius aur. i. s. aut quando decoquitur media libra eius cum duobus Rist. vini et datur in potu ex illo omni die a tribus aur. usque ad quinque. Idem autem facit si bibatur cum aqua mellis confert vehementer sine lesione stomachi. ¶ Aui. autem dixit ex his que faciunt solutionem quod ei fit bona est ut succo eius duplum salis admisceatur: deinde fiant pillule sicut orobus et bibantur in aqua.

Unguentum arthanite.

¶ Et vnguentum etiam infrascriptum arthanite ca. de prouocatione fluxus ven. est vtile in hoc casu inunctum vt infra ibidem dicetur.

Pillule.

¶ Ex nostris autem expertis in eductione aque hydropicorum sunt huiusmodi pillule mirabiles et pretiose. ℞. foliorum mezereon partes. x. carnis citoniorum elixatorum in aceto zuccari tabarzet et vini an. partes. lx. tereniabin ptes. 40. aque costi infusionis agarici partes. 30. olei almezereon partes. xij. dissoluantur zuccarum et tereniabin in aqua costi predicta: et misceatur cum carne citoniorum decoquatur cum facilitate usque ad mellis spissitudinem: et inuoluatur puluis foliorum almerezeon cum oleo iam dicto: et conficiantur omnia.

Buffo syluestris.

¶ Ego mirabilem in hoc casu experientiam habui: et est vt tollatur buffo syluestris quod in nemoribus inuenitur et scindatur totus per ventrem et super renes ligetur: educit enim mirabiliter aquositatem per vias vrine: et cum volumus amplius ipsum educere renouamus: et hoc multotiens sum expertus. ¶ Tollatur etiam ex radice vitis syluestris ferentis vuam et coquatur decoctione perfecta in aqua: et sumatur ex ea cum vino confecto cum aqua marina in potu.

Succus vinee.

¶ Ad idem autem est vt tollatur succus vinee a duabus partibus lib. usque ad vnam: et fit ex eo quod nascitur in sterquilinijs adatur sibi aliquantulum pulueris fumiterre aut aqua decoctionis eius et modicum zuccari rubei et propinetur. Solus etiam succus sumptus a quarta parte li. i. usque ad tres partes idem operatur et facit detumescere ventrem proprie ascitem: sumatur etiam florum squinanti et piperis an. terantur subtilissime cum aliquo aperitiuo calido: aut cum vino subtili detur ab aur. i. usque ad aur. ij.

Empl. exsiccatiuum.

Emplastrum etiam exsiccans ventrem in hydropicis. ℞. stercoris bouini quantitatem quam vis: et cum aceto boni vini et aqua cucurbite diu in mortario misceantur et ventri applicetur.

Puluis.

¶ Puluis pro condimento in hydropicis et proprie hyposarcha. ℞. anisi: feniculi: cuscute: squinanti an. partem j. cinamomi partes. ij. fiat puluis: potest autem addi piperet spica.

Pillule.

¶ Pillulis etiam his vtebamur quod sunt ex secretis Sale. ℞. spice inde et romane ambarum an. ʒ. iiij. agarici: aristologie: amonii: croci: eris ʒ vsti: epithimi: masticis: hypericon: costi: camedreos olui an. ʒ. iij. kerfe. id est cinamomi: squinanti: titimali omnium an. ʒ. ij. aloes. ʒ. viij. terantur et cribellentur et conficiantur cum aqua et fiant pillule dosis. ʒ. ij. cum vino permixto. Est etiam vtile secretum nostrum Sale. scriptum capitulo de opilationibus splenis in fine.

Additiones.

¶ Platearius narrat q̄ quedã vetula coxit in olla succum plantã ad medic. et dedit hydropico de causa cali. ad bibendum quotidie: et sic curatus fuit.

¶ In hydropisi hyposarcha curauit innumerabiles purgando cum electuario facto in hunc modum: accipiatur succi fructus cucumeris asinini tempore dierum canicularium: et ad solem siccetur semper proijciendo aquam que supernatat donec siccetur: et tunc ℞. eiusdem succi sicci. ℥. j. bdelij. ℥. j. masticis. ℥. ß. sausgemme. ℈. ij. incorporentur simul et cum volueris dare forma pillulã vnam ad modum ciceris vel fabe: et da in sero eunti dormitum vnã solam et videbis mirabiliter operari. Genti.

¶ Capitulum. v. De dolore epatis.



Epar quidē dolere pōt a cā intrinseca et extrinseca: extrīseca vt pcussio et casus: intrinseca vt vētositas et aq̄ua vel huiusmodi. ¶ Cum ergo dolor est ꝑpter pcussionē vel casũ tunc sumatur mumie gra. j. et cum danic. ℥. ij. boli arm. et danic. j. croci cum aqua solatri vel cassiefistu. detur in potu. nam a ꝓprietate cōfert. ¶ Ad dolores intraneos: betonica bibita cum aqua confert. ¶ Cerotum etiam factum ex absinthio cū oleo de alchãna cōfert. ¶ Oleũ laurinum q̄n ex eo cum vino odorifero bibit vsq̄ ad. ℥. ij. confert. ¶ Idem autem et gentiana facit quando de ipsa bibitur vsq̄ ad. ℥. ij. ¶ Idem etiam facit cortex grani lauri quando cum vino odorifero bibitur vsq̄ ad aur. j. ¶ Et dixit Rasis: autoritate Gal. q̄ epar lupi exsiccatum et tritum nimis si ex eo bibat coclear. j. cũ vino dulci valet dolori epatis: cuiuscunq̄ fuerit male complexionis: q2 in eo est proprietas conueniens ei epati infirmo. ¶ Si autem aposte ma: adsit cauda equina emplastrata et bibita multum prodest in quo casu etiam mastix multũ prodest. ¶ Ad apostemata autẽ dura epatis ficus sicce cum subtiliatiuis multum conferunt. ¶ Ex expertis autem nostris ad frigida apostemata epatis ē flos squinanti tritus cum ptisana sicum vino detur in potu. ¶ Si autē dolor simpliciter sit a causa frigida detur ī potu a. ℥. j. vsq̄ ad. ℥. ij. epatis leonis vt etiam vult Rasis cum vino. nam prima vice aufert dolorem. ¶ Ad dolorẽ quoq̄ epatis antiquum et hypocundriorũ sumatur absinthium et ferueat cum vino: postea illi vino addat oleum de alchanna vel oleum nucum: et ex eo postea fiat fomentum cũ oleo de fisticis siue de nucleis fisticorum vel etiam potest et loco eius ponitur oleum nucũ cum oleo de spica et tunc tollitur dolor epatis qui est propter grossam humiditatem. ¶ Trocisci vl timi cum quibus iam pluries ex assumptione vnius dolorem sedaui. ℞. reubarbari boni. ℥. x. seminis apij: absinthij assari añ. ℥. j. amigdal. ama. ℥. ij. ß. fiant trocisci quorum quilibet aur. sit. j. dabam autem vnum ex eis mane et sero ante auroram cum decoctione rerum aliquã ex his ex quibus sunt confecti.

Additio.

¶ Unguentum quo vtebat Gale. pro puero suo mensium. xvij. ad duritiam epatis cum hictericia. ℞. olei rosati. ℥. j. ß. succi extremitatum absin. olei nardini et masticini añ. ℥. ß. pul. extremitatum squinanti spodij: cassie lignee: caude cabaline. ana. ℥. ij. cere quantum sufficit et fiat vnguentum quo vnguatur epar cū

Betonica. Cerotũ. Oleũ lauri num. Gẽtiana. Cortex grani lauri. Ab apate cauda equina mastix. Epar leonis. trocisci

manu prius balneata in aceto: et ad stomachū cum manu vncta in oleo mastícino et curat⁹ fuit puer.

¶ Tractatus.12. primi sermonis. De dispositionibus splenis. et cō-tinet duo capitula.

¶ Capitulum.1. De opilationibus et duritiebus splenis.



A Ad lumbricos quidem infantium qñ sūt maxime cū se multū confert oleū viol. qñ capit̄ ꝛ vmbilico ꝛ renibus inungitur: ꝛ certe nos multū vtile inuenim⁹ ꝛ sum⁹ experti. ¶ Interficit aūt vermes ꝛ a proprietate expellit a corpe myrrha. ¶ Uermiculos aut paruos qui fiunt in ano vel in alia parte corporis interficit nepta cum lana posita et imposita ꝛ similiter aspaltum sil'r appositū. Ascarides aūt omnes nux indica a proprietate expellit. ¶ Et rasis dixit q̄ cornu cerui adustum si potetur cū modico melle expellit vermes. ¶ Dixit quoq Galen. in tract. 7. qđ costus bibitus cū aqua vel melle lumbricos interficit latos. ¶ Clistere factū ex citrā magnos ꝛ paruos interficit. ¶ Expellit autem omnes lumbricos leui laxatione decoctio sticados cū lētibus propinata in potu: ꝛ hoc est ex optimis in hoc casu vt sepissime fui expertus. Et idē sticados emplastratum exterius interficit plures q̄ absinthium. ¶ Ad ascarides autem polum est valde bonū vt autem interficiantur: cicera fundantur in aceto p noctem; in mane autē comedatur in ieiuno et patiens abstineat a cibo ꝛ potu per dimidiam diem, ¶ Educit autē omnes vermes semē leuisti: propinatum in potu. ¶ Decoctio etiā lupinorū cum semine cauliuȝ illos interficit. ¶ Et Gale. dixit in 7. q̄ solum semē caulīū ꝛ maxime egyptiacorū illos interficit ꝛ educit. ¶ ¶ Decoctio auteȝ corticum et radicū granati: ꝛ dicuntur cortices buxee s̄m quosdā in ieiuno facta ꝛ bibita: aut idē etiā cortex cū vino bibitus omnes extrahit lūbricos. ¶ Nigella autē comesta interficit ꝛ similiter sisamum sup'a emplastretur. ¶ Linitio etiam circa ignem cum baurach interficit eos ventris. ¶ Nos autem circa vermes experti sumus quod si sumatur calcaneus bouis aut vacce et teratur et detur in potu cuȝ lacte vel vino vel melle vt dixit Ras. interficit illos. ¶ Radix etiā nigra filicis data in potu interficit illos et educit. Sed melius

Myrrha. Nux indica. Cornu cerui. Sticados. Semē leuisti. Lupini. Nigella. Calcane⁹ bouis et vacce. Radix nigra filicis.

educit quando modicum scamo= nee: aut ellebori nigri admisce= tur cum ea. ¶ Lotio etiam facta ex radice eius rubea longos ver mes interficit. Cum vero illos per inferius educere volumus faci= mus clistere ex aqua decoctio= nis sebesten. Si vero per supe= rius illos educere volumus il= lam decoctionem damus in potu. ¶ Pulvis etiam radicum secun= de speciei diptami datus in potu in ieiuno cum aliquo liquore: et precipue cum aqua cucumeris interficit et educit. Multum est autem de diptamo in Sclauonia.

Glossa.

a ¶ Unguentum fieri potest ex aloe oleo violato et cera: et exper= tum est.

Additiones.

¶ Succus radicis enule cum bo no vino datus mirabiliter necat omnes vermes et est experimen= tum laicorum. Emplastrum opti= mum vbi fuerit feb. continua cum vermibus sicut sepe contingit. ℞ farine ordei lib. i. succi grassu= le minoris. ℥. xij. aceti alb. ℥. iiij. fiat emplastrum et ponatur super vmbilicum: extinguit enim febrẽ et occidit vermes: et est expertum. ¶ A nonnullis etiam dicitur la= pis buffonis plurimum contra vermes valere.

¶ Unguentum familiare. ℞. li= gni aloes: croci ana. ʒ. ij. farine lupi norũ. ʒ. v. fellis thauri. ℥. j. hierepi gre. ℥. viij. olei amig. amararum vel michaelis scoti. ℥. j. terrefig. cornu cerui vsti sumach ana. ʒ. j. ce re. q. s. aceti fortis. ℥. ij. et fiat vn guentum.

¶ Cap. 3. De fluxu ven. et disin teria.

Fluxus ventris est ex hijs que frequenter eueniunt et cuius di= spositio semper tra= ctatur vbi de intesti norum dispositionibus fit sermo. ¶ In omni quidem fluxu vent. et exitu cuiuscunque humoris prelau dant hypoquistidos tanque ha= bentem magnam virtutẽ in eis. ¶ Corticem autem medium glan= dis aut arboris eius etiam corti= cem mediũ mirifice dixerũt strin= gere. ¶ Mora celsi acerba et desic= cata puluere facto ex eis et bibita retinent ven. forti retentione et conferunt omni fluxui hu. et dixit Gale. quod debent esse salita et exiccata et tunc conferunt vehe= menter. ¶ Omnem etiam fluxum si sit virtute catarri sistunt corti= cea mediani rubei castanearum quando in aqua coquuntur. vsque ad consumptionem duarum par= tium aque: demum residuum da= tur in potu. ¶ Aleum enim ven= trem refrenat et certe expertus sum propter fluxum factum pro= pter catarrhicum et adiuratus sum effectum eius. ¶ Lutum au= tem quod dicitur magra et est lu= tum quo carpentarij signant li= gna sua bibitum cum ouis sorbi= libus confert valde. ¶ Ualent au= tem ad omnem fluxum pira sicca mirifice quando in aqua coquun tur et bibuntur. ¶ Herba ambro= sina mirabiliter confert et dicunt quidam quod est apium saluaticum: quidam autem artemisiam: et hoc est verius apud me. ¶ Azimi ũs vuarum et maxime assumere strin gunt quod experti sumus et maxi me de azimis vuarum acerbarũ. ¶ Sorbe vero plus omni fructu stringunt. ¶ Omnes concordati sunt quod assa abstinẽt fluxum. Ego aũt dico si fiat a cã frigida si cũ fl u in sanguis egredit ppríe cõsert coagulũ eq. ¶ Radix ydre empla= strata et bibita sanat fluxũ. ¶ Et dixit Gal. l. 6. quod cauda equina est va lidũ farmacũ bibita cũ vino stu= ptico non febrienti: sed febrienti cum aqua. ¶ Et dixit kirandus q.

Hypo quisti= dos.

cortex glan= dis me dius et infra.

Aleũ.

Lutum ma= gra.

Azimi vuarũ.

sorba.

coagu lũ eq.

Radix ydre.

stercus columbe cum oleo illinitum summe ventrē obturat. ¶ Et Ras. dixit q̄ equi masculi non castrati dentes positi sub capite illius qui in summo egerit prohibent. ¶ Conscriptis autem omnibus in quibus multum errabit causas non noscens scribamus que in disinteria conferunt sine ipsa cum vlceribus intestinorum existat siue nō. ¶ Et circa hoc scriptum est quod succus croci orientis sumptus cum melle vel aniso vel amigdalis cuius dosis sit circa .3. vj. in ptisana vel iure pulli magnum auxilium facit. ¶ Idem etiam facit succudis si ex eo vsq̄ ad .3. duas sumatur. Est autem succudis illud quod propter grossitiem inferius remanet quando fit tutia que ex subtiliori fit: sic vult Dyasco. ¶ Mirifice autem disinteriam stringit cortex glandis medius aut etiam cortex medius arboris qū propinatur in potu. ¶ Radix autē celidonie cū aqua bibita maximum prestat effectū. ¶ Folia autem pruni syluestris decocta ꝛ bibita vehementi⁹ conferunt. ¶ Reubarbarum in hoc casu est mirabile. Et nos de ipso infra dicemus vbi de ipso experientiam magnam habemus. ¶ Item lanceola cum equo pondere sui ex danco exhibita est singulare presidium. ¶ Succus insuper maioris plantaginis per clistere inmissus est optimum. ¶ Cū autem vlceratio est in loco decoctio seminis lini cum oleo per clistere inmissa marie ꝓdest. ¶ Antiquam etiam disinteriam cum vlcere plantago cocta cum sale ꝛ aceto ꝛ comesta iuuat ad hoc magis si cum lentibus comedatur. ¶ Fabe autem cum cortice suo cocte cum aqua et aceto comeste in disinteria sūt singulare presidiū. ¶ Ad idem autem confert succus lentisci, datus enim cum pusca frigida est singulare presidium. Est pusca ꝛ sanie ꝛ aqua ordeico cti vsq̄ ad dissolutionem ꝛ colati. ¶ Item sumach datum in omnibus cibis confert antique disinterie cum vlcere existenti. ¶ Dicūt autem autores plurimi q̄ terra sigillatā data in potu aut per clistere immissa cōfert ad vlcera intestinorum anteq̄ sint putrida in uamento manifesto. Sed primit⁹ precedāt clisteria laxatiua cum melle facta cū aqua ꝛ sale postea cum succo plantaginis detur etiā in potu cum aqua. ¶ Gal. autem dixit hunc sermonem in .14. trac. de simplici medicinā loquens de terra sigillata. Secundum autē eandem potentiam prosunt et emorosagijs que ex matrice necnon illi qui fluxus muliebris vocatur qui etiam desintericis vlcerationibus postq̄ vlcera computrescunt. ꝛ Nos autem ꝛ sadegenicis: vocant autem dispositiones nomas .i. pascua. ex hoc quod putrefactio depascitur membra vicina corrumpens ea cum vitiato primitus membro in quib⁹ quando q̄ vsus sum lennia .i. terra sigillata: ꝛ contulit palam immissa igne lotis vlceribus prout consueuimus facere. Primo quedem melicrato purissimo. Secūdo quidem aqua maris: fuit aūt missa super succū arnaglose per aquosum autem exicratum bibita fuit. ¶ Ad fluxū autem antiquū ꝛ vlcera sanguinis hyrci ꝛ capre ꝛ leporis ꝛ cerui confert assatus primo ꝛ datus potui anteq̄ vlcera putrescant. ¶ Hic puluis est puti[...]s cum quo etiam fluxum dyarr[...]itis in antiqua etate sanaui: dās illum cum vino et aqua decoctionis pirorum sccorum. ℞. cineris limatiarum combustarum cū corticibus suis partes .iiij. gallarum viridum partes .ij. Et Aui. dixit cinerem gallarū viridium pipe

Marginalia: Ad disinteriam. — Cortex glandis. — Folia pruni sylue. — Reubar. — Succ⁹ plā. clisteriza tus. — Fabe. — Succ⁹ lentisci. — Sumach. — Terra sigillata. — Sang. hirci ꝛc. — Puluis

ris partem.i. Et Gal. dixit piperis alibi terantur subtilissime et fiat puluis. Cõfert aũt magnifice hic puluis si in pulmento sumat aut cũ vino et aq̃. Et Gal. dixit sumatur in pulmẽtis vel aqua vel vino acerbo. Et dixit kirãdus q splẽ caprie comestus assus disintericos sanat. Ad disinteriã et maxime infantiũ detur psilij torrefacti cũ oleo ros. vsq ad.3.ij. Aq̃ quoq cineris sicce bibita vel clisterizata cõfert bibatur aũt vsq ad.3.j. Eius aut ẽ doctrina scripta est supra cap. de congelatione lactis vel sani stomacho. Gal. aũt dixit in.7. q disinteriã et diariã sanat semen lapatij acuti. Et dixit q si cortex pini bibatur ven. detinet: et nos experti sumus quod debet esse cortex pinee maioris. Idẽ autẽ facit et lignum pinee minoris. Ouũ etiam coctum in aceto cõfert disinterie. Et dixit Sera. si comedat. et Gal. dixit q phibet reumata disinterie advẽ. et illa desiccat. Et dixit etiã si ouũ frictetur super prunis vbi non sit tumus et misceatur cũ eo aliquid ex stipticis cõferẽtibus disinterie vel colice fit aptissima medic[illegible] vtilia aũt ad mixtionẽ sunt agresta: sumach: mala granata: galle: myrrha: nespila: azimi vuarum: et cinis cõchilorum adustorum et similia. Si aũt qd per fluxũ egreditur essent purus sanguis sumatur caseus assatus et misceatur cũ oleo ros. et fiat clistere. Ad idem decoctio radicũ masticis et corticũ eius et bibita et clisterizata. Tempus est ad nostra experta descẽdere. Et ex his est nux cipressi recens q̃tum possibile est aut recẽtes sumitates eius q̃nq cũ vino bibunt et sistunt fluxum matericrum ad stomachum et ventrem. Ad eum qui a caliditate attingit. R. seminis ozimi gariofilati aur.j. terantur et cum aqua frigida vel vino citoniorum vel granatorum detur in potu. Stringit autem fluxũ vẽ. fex vini veteris quando exiccat et temperatur cũ aqua mirti et superponitur ventri. Sed si fluxus sit a superioribus ponatur super vmbilicum: aut etiã fuerit ex matrice et sit fex non adusta. Folia etiam lebleb et est malua cocta cũ oleo amigdalino data in cibo cõferunt vlceribus intestinorum: quia purgãt colerã et tuecant eorum substantiã. Decoctio seis eupatorij sumpta in potu iuuat. Itẽ suman tur.x. grana ex cera sicut grana milij et bibant et cõferũt: cũ lirio insup fiat clistere et cõfert. Cũ vlcera sunt praua cũ decoctione cantarusij fiat clistere. Ad idẽ decoctio seminis aut radicum alteein vino aut aq̃ frigida et sũpta i potu aut clisterizata iuuat. Et est sertũ est q decoctio altee bibita statim iuuat. Fluxũ mirifice stringit clistere factum ex farina feniu greci pmixta cũ oleo ro. Ad idẽ sumant.x. grana ex cera vel myrrha rubea et sorbeantur cũ sorbitione facta ex milio: aut rizo: aut sauic ordei: aut sumat ex puluere foliorum qui dr sunis pauperũ bis in die q̃tum duobus vel tribus digitis capi potest. Electuarium quo vsi sumus in fluxu q est cum signis caliditatis: et proprie facta operatione catarri. R. granorum mirti.3.xij. tritorum sicut puluis ros. spodij: sumach. sandalorum omnium: balaustie: gumi ana.3.j.s. granatorum acetorosium assatorum.3.vij. coriãdri infusi in aceto: et assati.3 iiij. seminis acetose seminis plãtaginis: seminis ros. an.3.ij. fiat horũ cõtritura et io bona et frizatur cũ succo agreste vel succo mirti et aceto: et exsiccentur: deinde inuoluatur cum mina facta ex succo citoniorum et aceto. Puluis noster in desinteria ite stinali et etiã ethica. R. bolar. ter

Margin notes (left column): Sple. capre. — Psilii — Aq̃ cineris siccus — cortex pini. — Ouũ i aceto — Ad sã. fluxũ. — Case. — Radix masticis.

Margin notes (right column): Fex vini veteris. — Lebleb. — Semẽ eupatorij. — Cãdarusiij. — Altea. — electuarium [illegible]rm. — Puluis noster.

173

re sigillate: nucis combuste om-
niũ añ. ʒ. iiij. seminis acetose: semi-
nis lactuce seminis iusquiami: se-
minis portulace: seminis endi-
uie: seminis plantaginis: seminis
granorum vue omniũ añ. ʒ. j. tor-
refiant omnia et fiat puluis sub-
tilissimus quẽ potest assumere pa-
tiens in cibis ꝛ sine cibis cum ali
quo liquore stiptico. ¶ Si autem
sit ꝑpter contusionẽ fluxus: requi
ratur supra. cap. de tussi in fine.
¶ Si vero esset egestio nigra qua
lis sanguis tūc est sirup⁹ expert⁹.
Sirup⁹ noster. ℞. tota receptione sirupi ꝯpositi
deinde. ℞. succi endiuie succi feni
culi añ. ℥. vj. succi. apij. ℥. iiij. eupa-
torij. ℳ. ß. pas. ℥. j. zuccari li. v. reu
barbari. ʒ. j. ß. ex olb⁹ postea fiat
vn⁹ sirup⁹. ¶ Ad hũc etiã fluxũ vẽ
tris est Gal. secretum supra cap.
de vomitu. ꝛ si sit cum sputo san-
guinis circa finem quoniam est
Empl'z optimuz in vtroq; casu. ¶ Empla
strum etiam huiusmodi quod ex
secretis Gal. ℞. myrrhe thuris:
aloes: zafrini omnium añ. ʒ. viij.
opij: radicum spice: seminis ius-
quiami añ. ʒ. iiij. sumach: gallarũ:
corticum granatorum ꝛ sint soluz
sumitates eorum omnium añ. ʒ.
vj. aluminis luti sigillati attramẽ
ti omnium añ. ij. terantur ꝛ cribel
lentur cum cribro subtili ꝛ confi-
ciantur cum vino passularum bo
no aut cũ aceto vini permixto do
nec fiat sicut mel. Ad sputum er-
go san. liniatur pectus ex eo: ꝛ ꝑ-
pter fluxum sanguinis narium li
niatur caput: breuiter vndecunq;
fluit sanguis ibi liniatur et sistit.
Aliud. ¶ Emplm̃ aliud ex suis secretis
quod linitum super stomachũ sta
tim sedat vomitum ꝛ fluxum ven.
℞. citoniorum mundatorum de-
coctorum in aceto lib. j. gallie al's
galle: seminis mirti: sumach: aca
tie fructus vitis: myrrhe: masti-
cis omnium añ. ʒ. iiij. tortelarum
de semi. ʒ. viij. ꝛ locorum huius po

natur biscotuz siccum terãtur be
ne ꝛ misceantur deinde addatur
olei rosacei aceti vini et aque ros.
q̃titum sufficit fiat emplastrum et
superponatur stõ. ¶ Etiam sang.
ui fluxum diaricum factum in an
tiqua etate cum febre existente
in vnica approximatione seu ex-
hibitione. Electuariũ huiusmodi
cum aqua decoctionis pirorum
siccorum dans etiam in cibis ex
puluere Galeni supra scripto qui
fit ex limatũs adustis: et electua
rium tale est. ℞. ligni aloes ci-
namoni: reub. spicenardi: ma-
cis: cardamomi añ. conficiantur
cum decoctione ros. ꝛ nucis cipss-
si. Ego etiam addo zuccaruz ꝛ fit
electuariũ. Dos. a. ʒ. j. vsq; ad. ʒ. ij. Cañ.
¶ Ego autem dico q̃ precipue cu
ra fluxus disinterici est purgatio
communis cũ mirabol. ꝛ reubar.
torresa. Et ego iam infinitos sa-
naui sola purgatio e facta neclistere
ri nec alijs egui. Purgatio mea
est. ℞. mirabo. citrinorũ. ℥. ij. cheb.
emblicorum ana. ʒ. j. ꝛ omnes sint
torresa. spice macis. masti. squin ã Eua-
ti: gariofilorum añ. ʒ. ij. mirtilorũ: cuati-
seminis lactuce: endiuie: vue: tor- uum.
refactorum: seminis plantaginis
añ. ʒ. iij. coquantur in aqua arno
glose que sufficit: ꝛ colentur post-
ea. ℞. colature ab. ℥. vj. vsq; ad
viij. dissoluatur in ea reub. torre-
facti parum a. ʒ. j. ß. vsq; ad. iij. s'z
dispositionem patientis. ¶ Si ve-
ro esset necessitas clisteriorũ vte-
bamur dictis supra. ꝛ etiam his
in ca. seq. ¶ Sirupo etiã meo mir-
tino post purgationem vtebar q̃ Sir. nr̃ mir
mirabiliter sistit ꝛ est. ℞. mirtilo- tinus.
rum. ℳ. j. vtriusq; plantaginis.
ℳ. ʒ. seminis impressi: corticũ me
diani: glandis arboris et casta-
nearum azimarum viuarum tore
factarum: sumach: añ. ʒ. iij. capitũ
papa. ℳ. ij. citoniorum ne spilo-
rum: ꝛ sorbarum siccarum añ. v.
acatie. ℥. j. coquant omnia in suc-

co hypoqstidos aut aqua plantā
ginis perfecte . postea coletur ⁊
colature addatur zucchari quod
sufficit ⁊ fiat sirupus. Dos. ab. ℥.
j. vsqꝫ ad. ℥. ij. cum aqua pluuiali
vel cisterne ⁊ potest super poni cū
bibitur modicū pulueris boliar.
et terre sigillate ⁊ est efficacior.

¶ Capi. 4. de tenasmone.

Et quia tenasmon in ge
nere fluxuum reponit:
ideo consequenter de
ipso est dicendum me=
cortex lius autem medicamē
pini et q̄ fit ad ipsum est cortex arboris
intra. minoris pini emplastratus. ¶ Ra
Rara= rabe autem proprietatem habet
be. et sanguinem in tenasmone strin
git. ¶ Experti autem sumus pul=
uerem ex cortice pini maioris fa=
ctum quando superaspergit aut
licinio intromittitur mixtus cum
albu. oui vel cum oleo myrtino.
¶ Ego autem ex pillulis istis cuȝ
licinio accepi ex secretis Base. et
mirabilem effectum inueni in te=
nasmone existente cum febre quo
tidiana. Pillule. ℞. apij anisi am
borum an. aur. j. s. seminis iusqa=
mi albi. ʒ. iij. seminis apij. ʒ. viij. te
rantur ⁊ conficiantur cum vino
et fiant pillule sicut cicer ⁊ exicce=
tur. Dosis est grana. v. cum rob
myrti ⁊ aqua. Ego aūt dabā tres
ex eis. ¶ Modus vero licinij. ℞.
myrrhe thuris masculi zaphrani
opij. an. par. j. terantur ⁊ cribel=
lentur cum vitelo ouorū et fiant
suppositoria per que transeat fi=
lum longū vt cum necesse est tra=
hat foras filo tritorinunge autē
ea quando vis vti cum oleo ros.
enema et impone apud somnum. ¶ Dixit
cōstri= autem Ras. quod clisteria cōstri=
ctiuū. ctiua sunt vtilia in hoc casu ⁊ vte
batur tali clystere. ℞. pugillū. j.
rizi. excorticati pugillum. j. milij
medule glandis ros. lentis excor=
ticate an. pugillū. j. gallas. iij. fun
de sup omnia aque lib. iij. coquan

tur donec veniat ad lib. j. tūc cole
tur ⁊ de colatura sumātur. ℥. vij.
et soluatur in ea de trociscis leni
bus ⁊ fortib⁹ ⁊ addatur iterū olei
ros. ℥. s. ⁊ vitelus vnus oui assati
⁊ clysteriza quod clystere est etiā
vtile in disinteria ⁊ nos in vtrobiqꝫ
experti sumus. ¶ Confectio etiaȝ
trociscorum lenium qui in clysteri
ingrediuntur. ℞. Boliarmeni ce=
ruse de plumbo gumi san. draco.
acatie an. partes equales fiant
trocisci pondere. ʒ. iij. ⁊ ex eis disso
uatur vnus in clysteri. Idem aūt
trocisci dicunt fortes quando eis
additur charte combuste et opij.
an. ʒ. j. Ego vero adinueni hoc cly
stere ppria inuentione necꝫ dubi
bito hanc esse viam in cura tenas
monis vt lauatiua clysteria con=
strictiua precedant ⁊ tot impona
tur eis donec vltimū clystere ita
egrediatur mundū sicut ponit
et statim post clyste. ponatur con
strictiuum q̄ patiens teneat q̄tū
potest ⁊ quacunqꝫ die bis impo=
natur in mane ⁊ circa vesperas:
sanaui. n. hācqꝫ plurimos a tenasmo
ne difficiliore in tribus vel qua=
tuor diebus. ¶ Clystere nostrum
lauatiuū. ℞. plantaginis. ℳ. iiij.
ordei cū corticibus ℳ. ij. coquātur
in aqua vel sero caprino ⁊ colet
postea colature li. ij. dissoluatur i
ea zuch. rub. ℥. iiij. ⁊ fiat sicut su= [...]ua la
lep. et ex hoc tria vel quatuor cly uati=
ste. fiant. ¶ Clystere constrictiuū uum.
qd sequitur lauatiua. ℞. duo poma
granata cū corticibus suis teran
tur simul in mortario cupreo post
ea super infunde aque ros. tan
tum vnū misce bene ⁊ cola postea
superpone colature hunc puluc=
rem. ℞. sarcocolle nutrite in la=
cte mulieris pluribus diebus: et
iterum pluribus alijs si possibile
nutrire in succo rubi aloes myr=
rhe sanguí. draconis antimonij:
terre sigillat: boliarme. ana. fiat
puluis subtilissimus ⁊ misceatur

cum predicta colatura et cliste-rizetur. Et quandoque cum vocat necessitas additur modicum opij. Fomentum nostrum. P Fomentum nostrum sedans expressionem tenasmonis. R. caules coque parum in aqua: postea extrahe ab aqua postea frige eos in oleo rosato super quibus patiens sedeat et calorem quam maiorem potest sinat per locum ascendere fumum. P Ad idem. R. colofonie po natur super prunas et superse-deat patiens pannis bene circumdatis per inferiora vt solum ad loca fumus feratur. Balneum nostrum. P Balneum quoque nostrum preciosum ad idem. R. radicem cardorum cum quibus panni parantur. M. vj. corticum granatorum balaustiarum corticum radicum mortatum barbati. an. M. iij. coquantur in aqua que sufficiat ab balneum in quo paciens sedeat vsque ad vmbilicum et effectum miraberis.

Additio.

In tenasmone pluribus diebus durante dari possunt constrictiua et specialiter athanasie que constringit et inducit somnum et aufert torsionem et cito curat et sic potest in quolibet fluxu ventris fieri vt patet.

Capi. 5. De prouocatione fluxus ventris.

Oportet nos sepius non solum fluxum cohibere sed etiam ipsum prouocare. Multi namque naturaliter sunt stiptici: qui quotidiano egent auxilio: et multi per os non possunt assumere medicinalia quos aliter iuuare oportet de quibus nunc intendimus. Cum ergo volumus ven. prouocare et proprie in infantibus sciamus omnia fella hoc facere quando supponuntur et etiam si cum lana applicentur vmbilico. P Et Ras. dixit quod fel tauri mixtum cum melle et pulpa colloquintide in iunctum fundamento inducit fluxum ventris.

P Idem autem operatur cortex medi nucis quando ab esilibus euacuatur et impletur butyro et applicatur vmbilico et dimittitur per quatuor horas. Cortex medi nucis. P Et Ricardus dixit quod renes vulpis comesti et bibiti ventrem impellunt et excitant. P Et dixit ius galli veteris soluit ventrem et perfecte hoc est verum et expertum multoties et auctores medicine hoc volunt. P Et dixit etiam quod oua perdicis ven. excitant. Oua perdicis. P Et dixit quod clitatura piscis qui dicitur aranea soluit ven. et renibus prodest. P Et dixit quod caro ericii marini comesta ven. mollificat. P Et Rasis dixit quod aqua decoctionis cancrorum ven. commouet. P Et dixit quod stercus muris cum oleo et sale superpositum natibus alicuius soluit ventrem. Stercus muris. P Ad idem est. R. foliorum blitis malue mercurialis omnium an. coquantur decoctione perfecta et cum adipe castrati vel arietis condiantur in fine autem modicum addatur salis. Dosis in aurora mane est lib. s. P Puluis autem soluens delicatos cum facilitate. R. cinnamomi: zinziber. an. par. s. anisi: spice: an. par. s. epithimi partes. viij. reub. sene an. partes iiij. zucchari media pars vel tertia vel quantum oportet si expedit: dos. quantum tribus digitis capi potest mane cum aliquantulo brodij. P Trazea nostra ad idem. R. foliculorum sene viridium abiectis seminibus et costis. ℥. s. cinnamomi. ʒ iij. croci. ʒ. s. zuchari ad pondus omnium fiat trazea. dos. est. ʒ. s. cum aliquantulo brodij an. cibum. Trazea nostra. Puluerem etiam tartari solum datum cum brodio mane hoc idem scimus efficere. P Et marinum similiter presidium fit ex caulibus parum coctis oleo conditis. P Cum autem volumus soluere magis delicatos tunc quandoque vtimur tria sandali nostro solutiuo quod est. R. sandalorum. Tria sandalorum solu. nostrum. ol3 ros. zucchari. an. ℥. s. reub. spo

dij:succi liquiricie:seminis portu
lacē:seminis end.añ.ʒ.ſ.caphore.
℈.i. sirupi rof.q.s.ad conficiendū.
Et si ipsum magis volumus sol
uere admiscemus scamonee.ʒ.ſ.
et tota cōfectio est pro tribus po
tionibus.℞ forte autē q̄s delica
tus nihil pōt per os assumere.et
tunc hoc vnguento vngimus plā
tas pedū ⁊ soluit ven.sue palme
manus inungātur cū populeon ⁊
est.℞.elebori albi ⁊ nigri:hermo
dactili:acori:succi sempiuiue,brio
nie cōficiant cū assungia porcina
veteri ⁊ inungātur loca.℞ Aliud
quod est fortius valde quo vēter
sumen ⁊ illa inunguntur ⁊ forti
ter soluit.℞.succi artanite lib.ij.⁊
est panis porcinus:succi cucume
ris asinini lib.ſ.olei hyrini libr.ij.
butyri vaccini lib.ſ.pulpe collo
quintide.ʒ.iij.polipo.ʒ.vj.euforbij.
ʒ.ij.aloes.ʒ.ſ.terenda terantur et
submergant in succis ⁊ ponant
in vase vitreo stricti orificij ⁊ ob
turet ⁊ dimittat [illegible] dies:de
mū totū bullia[illegible]one vna et
colet:tunc pon[illegible]aturas se
rapini au.v.m[illegible] aur.iij.pri⁹
tū sint dissolut[illegible] vini quā
titate sufficie[illegible]gent simul
oīa ⁊ bulliant [illegible]ando cus
fusto vsq ad [illegible] consum
ptionē:⁊ tunc [illegible]ʒ.v.cere
⁊ ferueant do[illegible] liquefiat:
tunc.℞.scamo[illegible] mezereon:
coloqui[illegible]ū.aur.ij.
salisgēm[illegible]aur.v.pi
peris [illegible]ille:cin
namo.o[illegible]erizent
Pomū solu. et misce[illegible]l mor
tario do[illegible] omū
quod si t[illegible]⁊ odo
retur co[illegible]e facit
℞.scamo[illegible].añ.ʒ.i.
esule coloq[illegible]pulueri
zentur ⁊ cribel[illegible]nū spis
sum ⁊ cōficiant cū s[illegible]riandri
viridis ⁊ informe[illegible]poma q̄
patiēs in manib⁹ teneat semper
adiuuicē pmutando de manu ad
manū vt per motum calefiant et
aer fortiter immutet:nā sic laxa
bit fortiter ⁊ nō dubito.Si coriā
drū deficeret loco eius possumus
ponere succū cucumeris asinini
aut alterius plante fortiter solu
tiue.Utile aūt erit si aliqua molli
tiua precedant talem operatio
nem aut aliqua digestiua q̄ non
solū hic laudo:sed etiam in vnguē
tis predictis.

¶ Tractatus.16.pmi sermonis.
De dispositionibus matricis ⁊ cō
tinet sex capitula.

¶ Capi.1.De iuuamēto impre
gnationis.

Aristoteles dicit mulier
est mascul⁹ orba
tus.mēbra enim
gnatiōis.q̄ sunt i
muliere sūt simi
lia his que sunt in viris p opposi
tum tū situata vt si imaginemur
collum matricis esse sicut est vir
ga in masculo,matricem autem
imaginemur oscum in quo non
sunt testiculi etiam sicut i osco ma
sculi:imo sunt in angulis matri
cis situati quare est sicut mascu
lus orbatus:neq enim a natura
particulari que propter masculū
et perfectum intendit femina per
se:⁊ primo non intendatur:sed so
lum a natura vniuersali intendi
tur per se:⁊ primo q2 q̄ perpetui
tatē querit in entibus que p actū
gnationē ⁊ plē acqrit:mulierem
de necessitate itēdit.sicut cū ēt
factor ppie ad sui eē idiget sic et
determinata materia ⁊ loco ex q̄
et in quo fiant impossibile est ma
sculum cum vim actiuam in se ha
beat ⁊ ex sui pfectiōe vt eā passi
uam habeat quare creata est fe

mella vt in se materiam passiuā
ad gñationē habeat ⁊ locum gña
tiōi aptū vt suscepto ꝑncip. acti=
uo a viro in se gñatio perficiat̃ sic
etiam in generatione est actiuū
principium sperma quod a mare
deciditur passiuū vero mēstruū3
mulieris locus autem generatio
ni aptus est matrix mulieris de
cuius dispositionib⁹ est nunc dicē
dum. Et quoniam matrix locus
Suffu generationis existit et quandoq3
migiū a generando aliquo impedimen=
ex ster= to impeditur. Dicemus primo
core bo que ad generationem iuuāt post
nis. illud autem de alijs. ¶Et qui=
Testi= dam scripserunt ꝙ si suffumige=
cul⁹ ca tur mulier sterilis cum stercore
nis. bouis magnum beneficium in im
pregnando sibi facit. ¶Et dixe=
runt si vir sumat in potu maio=
rem testiculū canis generat ma
sculum. Si vero mulier sumat mi
norē generat mulierem. Est au
tem testiculus canis planta que=
dam que vocatur castaneola sm̄
quosdam catalanos et ꝙ testi=
culus humidus addat in coitu
sumptus in potu ⁊ testiculus sic=
cus abscindit ipsum. voluerunt
autem omnes quod post purga=
tionem menstruorum ⁊ etiā3 post
balneum mulier se disponat ad
impregnationem cum auxilio me
dicinarum que sibi supponuntur
ex quibus est hec. ℞. storacis li=
quide: castorei: galbani: oppopo=
nacis: carpobalsami: seminis bē
cosci: spice inde: bdellij añ. terant̃ ⁊
misceantur cum vino ⁊ fiat aliqd
simile glandi quod subijciat sibi
mulier per quatuor horas ante
coitum viri in actu coitus vir si=
nat prius mulierem humiditatē3
suam effundere. postea autem se=
men eijciat ecōtra si fiat: vix aut
vnquam fiet generatio. ¶Experi
mentatores autem quidam dixe
runt quod post perfectam mūdi=
ficationem menstrui per. vij. dies
mulier bene lauet collum matri=
cis deinde subijciat vnam ex his
pillulis per diem teneat postea
vniatur viro ⁊ impregnabit̃ que
sunt. ℞. gentiane: zafrani: foliorū
myrti añ. terantur cum pilis arie
tis ⁊ oleo sisamino incorporentur
et fiant pillule grosse ⁊ subijcian=
tur. ¶Et dixerunt ꝙ si coquatur
coagulum leporis in lacte capri=
no ⁊ ex illo lacte bibat mulier cū
vadit dormitum ad virum q̄ mū=
da menstruis masculū3 concipit.
Si vero immūda femellā cōcipit. Pessa=
¶Et dixit kirandus ꝙ si fel lepo= rium.
ris cum succo malue vel altee in sang.
pessario ponatur vel cum oleo cō vesper
ceptionem adiuuat. ¶Et dixit si tiliōis.
sanguinem vespertilionis quis
in pāno susceperit femina nesciē=
te ⁊ posuerit sub capite ei⁹ ⁊ iacue
rit cum ea mox concipiet. ¶Et di
xit quod stercus vulpis cum oleo
ros. mixtum ⁊ per pessarium im=
positum conceptionem facit. ¶Et
dixit quod fel anseris cum succo
prassij immissum in pessaria con=
ceptionem prebet luriumq3 intē=
tionē3. ¶Et dixit rasis si volueris
generare masculū duos testicu= testes
los apri assos comedas ⁊ coeas apri3.
eadē die ⁊ generabis. Et si vnum
testē comedes nascet̃ puer cū vnō
teste. ¶Et dixit etiam Ras. si mu=
lier que nō cōcipit sumat lac equi
num ea ignorante ⁊ statim coeat
vir cum ea concipiet. ¶Iterū di= testes
xit quod si duos testiculos vulpis vulp.
tritos mulier sumat concipit ⁊ cō
firmat quod habem⁹ ab Amech
qđ statim dicetur. ¶Experti aūt
sumus frequenter vt tribus die
bus continuis bibat mulier om=
ni mane ex serratura ebo is co=
clear vnum magnum cum vino
subtili ⁊ singulis diebus subijciat
sibi hec. ℞. coaguli leporis sterco
ris eius mollis mundi añ. misceā=
tur ⁊ subijciat sibi mlr cum lana
tribus diebus postea vero facto
balneo

balneo viro fungatur vt predictũ est. ¶ Expertus autem sum et hoc quidẽ ab Amech sumpsi. ℞. vtriusq; testiculi vulpis pondus. ʒ. j. ʒ. fellis galli. ʒ. j. misceantur ⁊ subficiat sibi mulier tribus diebus cum lana ⁊ quarta die vadat ad virum. ¶ Semper tamen his diebus dabã serraturã eboris et iubebam fieri balneum. iiij. die.

Expertũ paternum.

¶ Ex expertis paternis est vt sumatur trifere et benedicte añ. misceãtur bene et ex hoc mulier in mane pluribus dieb⁹ sumat in aurorã q̃ntum est auelana vna cũ optimo vino ⁊ aliqñtulũ bone aque vite deinde pergat ad virũ suũ ⁊ supponat sibi vt. ʒ. dictum ex cipero: zafrano: acoro ⁊ satiregia añ. sicut est dictum supra.

Additiones.

¶ Confectio optima ad impgnationẽ magistri Raymũdi. ℞. rof. rub. masti. gar. gallic. mus. spice cinamo. nucis musca. cubeba. macis: galã. añ. ʒ. ij. cardamo. corticũ citri: ani. fenic. carui: calamenti apij añ. ʒ. j. pipe. lon. ⁊ albe. añ. ʒ. j. ʒ. musci. ambre. ana. ℈. ij. zuchari albi. ℔. iiij. fiat confectio cum ℔. ij. mellis puri ⁊ vtere.

¶ Alia ad idem. ℞. spi. nardi: nucis musca. gar. galan. cardamo. pipe. long. rof. storacis: cala. alip muscate ana. ʒ. j. bistorte ad pon. omnium confice cũ melle rof. addendo musci. ℈. ʒ. et fiat electuarium in bona forma.

¶ Capi. 2. De phibitione impregnatiõis ⁊ de expulsione fetus ⁊ secundine.



Alkitram.

Ex laudatis que impregnationẽ phibent est alkitrã qñ in hora coitus vga inungitur eo: ⁊ est ex melioribus et fortioribus medicinis ad phibẽdũ impregnationẽ adeo q̃ accidit et qui vtitur eo fit olo sterilis. ¶ Si aũt piper supponat post coitũ cũ fortitudine corrumpit semẽ. ¶ Idẽ aũt ⁊ succus ruthe operatur. ¶ Et dixit amech si tollantur dentes pueri in primis anteq̃ terrã tangãt cũ cadũt ⁊ ponantur in lamina argẽtea ⁊ suspẽdãtur super mulierẽ phibẽt impregnari et parere: et si bibat mulier ol mane q̃titatẽ. ʒ. j. cũ vrina mule non concipit.

Urina mule.

¶ Et idẽ si ad q̃titatẽ fabe ex assa infusa in vrina mule assumat. ¶ Et si semen acetose ligeẽ in panno et suspendat super tps mulieris sinistrũ nunq̃ concipiet donec aderit. ¶ Et dicit idẽ de stercore leporis sup mulierem suspẽsa dũ secũ hʒ.

Sterc⁹ lepori ⁊ ifra.

¶ Cedr⁹ quoq; ⁊ est fm Gal. olus qd a cedra sumit inuncta virge semẽ corrũpit post etiã fetũ interficit Gu. testãte. ¶ Dixerũt quidã q̃ radix arthanite ⁊ est panis porcinus si suspendatur collo impgnationẽ phibet. ¶ Idem aũt vngula mule si suspendat in collo.

Ungula mule.

Expimentatores dixerũt q̃ dz esse prima vngula q̃ incidit si coll gatur anq̃ terram tãgat ⁊ collo suspẽdatur. ¶ Saltus q̃z ad posteriora factus a muliere post coitũ ⁊ maxime ad decliuium sperma virile abijcit. ¶ Si q̃z vir ab emissione spermatis abstineat donec mulier prius emittat gñatio interrumpitur. ¶ Facit ergo idẽ suffumigatio ex nuce cipssi. ¶ Fel etiã vacinũ suppositũ phibẽt. ¶ Et sumitatum vitis succus bibitus. ¶ Et radices narcisci idẽ operantur. ¶ Et scio nũ domine q̃ fere omnia q̃ menstrua puocãt sunt vtilia in hoc casu.

Olera acuta.

¶ Rutha aũt comesta ⁊ olera acuta a ppietate gñationẽ phibet. ¶ Et expti quidẽ sumus q̃ inũctio virge cũ succo cauliũ mire generationẽ prohibet. ¶ Si etiã mulier post mẽstruationẽ suffumigetur cũ. ʒ. ij. extremitatũ ⁊ folio⁊ funis pauperũ impregnatio prohibetur. ¶ Solus etiam transitus

Funis pauperum.

mulieris super mēstrua alterius mulieris impregnationē ꝓhibet. ¶ Et dixit Amech si mingat mulier super urinam adib id est lupi non concipiet. ¶ Et dixit kirand' si abscindatur testiculus mustelle in declinatione lune & portet in corio mule incōceptiuus est & loquitur de sinistro si dimittatur abire viua. Et dixit si cerumen auris mule in eiusdē corio ligatū ad collum suspendatur inconceptiuū est omnino. ¶ Idē autem facit matrix cocta cū carnibus suis & data sterilem ter comedere. Et similiter illud cerumē cum castoreo bibitum est inconceptiuū. ¶ Et dixit Ras. si dexter testiculus leonis exiccat' cuz rosistritis detur in potu sterilitatem inducit. Idem aūt facit assum comestum vel crudū. ¶ Et iterum dixit Ras. autoritate Aristotelis si mulier suscipiat in vuluam sudorem mule cum bombace non concipiet penitus. ¶ Et dixit si duo testiculi gatti contriti sumpti in parte corij mule suspendantur super mulierē non concipiet q̄diu fuerint super eam. ¶ Et dixit si suspēdatur super mulierē stercus leporis non concipiet donec super se habuerit. ¶ Et idem dixit de calcaneo mustelle assumpto ipsa viuente donec ibi appēsuz fuerit. ¶ Nūc autem scribemus que fetum interficiunt & educūt unum scientes q' quecunq3 educunt menstrua aut humiditates ꝯ matrice etiam fetum educunt in quibus infra prolixior fiet sermo & eadē omnia partum facilitant. Scripserūt autem q' ad expellendum fetum & aquā non est par semini lini. Dico autē et suppositum & bibitum & in sessione facta in aqua decoctionis eius vt sumus experti. ¶ Expulsione autem forti fetus expellitur si ex condisi fiat nascale a propuetate que est in eo. ¶ Myrra interficit fetum & expellit suffumigata & bibita. ¶ Cassia etiam lignea cuius fortitudine expellit bibita. ¶ Nastale autem vel suffumigium cum diptamo factum fetum mortuuz expellit. ¶ Idem autem operatur decoctio foliorum & stipitum saluie quod expertus suz balneo facta q̄to magis si bibatur. ¶ Si autem potetur vsnee vsq3 ad.3.v. fetus siue viuus siue mortuus expelletur. ¶ Ex fortioribus etiam medicinis ad expellendum est ciclamen siue per inferius siue per superius mittatur immo scriptum est quod solus decubitus super ipsum facit aborsum. ¶ Est autez ciclamen panis porcinus et succus eius in hoc est fortior. ¶ Si autem premissa flebotomia saphene bibatur.3.j. castorei cum decoctione mentastri & melle sine nocumēto fetum educit et secundinam et menstrua. ¶ Hermesir et est species oppoponacis fetum eijcit virtuose nec3 in hoc compar habet. ¶ Mortuum autem fetum & secundinā eijcit per traiectorium suffumigatio facta cū laudano. ¶ Educit autem fetum pulegium factuz et suffumigatum vel euaporatum vel suppositu3: & eius sirupus prouocat sanguinem partus. ¶ Et dicūt quidam quod si mulier bibat de lotura manuū alicuius homicide abortit. ¶ Et dixit kirand' si cerebrum anseris domestice cū oleo lileaceo misceatur mortuos fetus educit. ¶ Et Ras. dixit quod sudor equi mixtus cum vino & potatus a muliere eijcit fetum. ¶ Et iterum dixit stercus columbarum suffumigatuz fetū expellit. ¶ Educit fetum viuū vel mortuum narcissus & esulilium albū quando ex eo vsq3 ad.3.iiij. bibitur cum aqua mellis. ¶ Interficit autem fetū vitris albe succi aūr.4. bibiti & si supponat facit aborsum. Et sessio in decoctione eius mūdificat matricem. Et nos experti sumus eius

Margin notes: Testiculus mustele. — Testiculus dexter leonis. — Cōdisi. Myrrha. — Saluio. — Ciclamen. — Laudanū. — Lotura manus homicide — Vitis alba.

bisma decoctionis ei⁹ vtile in hoc
casu. ¶ Fumus q3 cordumeni sectū
interficit. ¶ Suffumigium quoq3
ex ostraco purpureo extrahit se=
cundinā. ¶ Sed potēter folia ⁊ se=
mē policarie tritū cum oleo fetum
interficit. ¶ Succus etiam yasio=
nini alias iasemini: bibitus vsq3
ad.ʒ.ij. Ga. testāte fetuz interficit.
Et experti sumus qđ si postmen=
struationem suffumigetur mulier
cū.ʒ.ij. foliorū ⁊ sumitatum funis
pauperū ⁊ est edera impregnatio
prohibet. ¶ Lactuca autem asini
fetum interficit ⁊ mortuum edu=
cit: ⁊ fortiter educit menstrua Do
sis eius ad plus est aur.i. bibita, ⁊
cortex — supposita. Si autem bibatur cor=
grano — tex granorum lauri vsq3 ad kirat
rū lau — ir. fetus moritur propter amaritu
ri. — dinem suam additam supra ama
ritudinem aliorum.

¶ Caplm.3. De prouocatio
ne mēstruorum ex accelera
tione partus ⁊ mole.



Diximus supra: ⁊ est ve
rū q᷑, quecunq3 fetum
educunt: mēstrua pro
uocāt ⁊ ecōtra quare
conuenieñter poterunt
ista capl. adinuicē permisceri. ve=
rum propter eorum magnitudi=
nem ⁊ vt propria scribantur vtro
biq3 feci duo capitula. Eadem au
tem omnia partū facilitant ⁊ simi
liter omnia curam molā eo quia
solum indiget his q̄ aborsum fa=
ciunt ⁊ partum accelerant: licet
premissis molificatiuis: ideo ꝯtenz
ad ipsam ea q̄ hic dicuntur ⁊ ea q̄
in predicto capitulo dicta sunt.
Lapis — ¶ Dicimus ergo q᷑ lapis aquile
aquile — suppositus a proprietate accele=
rat partū ⁊ dolorem minuit. Idē
autem facit ligatus in pecia ⁊ su=
per ligatus coxe. ¶ Crocus etiam
sumptus in potu vsq3 ad.ʒ.ij. par=
tuz accelerat. ¶ Et nos experti su
mus q᷑ si.xx. grana dragontee su= — dragō
mantur in potu cū vino partum — tea.
accelerat immo ⁊ solus odor floris
eius aliquantulū subtiliati idem
facit. ¶ Si etiam modicum fellis
thauri cum aqua coloquintide re
centis propinet᷑ in potu experien
tia scimus q᷑ partum accelerat.
¶ Et similiter radix ciclaminis si — Radix
ligetur sup coxa mulieris idē ope — cicla=
ratur semp tamē magis infra tra — minis.
hatur sm qđ fetus descēdit. ¶ Ex=
pertus q3 sum q᷑ si tollatur epar=
galine ⁊ ligetur super coxa mulie
ris dextra galina adhuc palpitā
te fetū accelerat. ¶ Et dixit amech
si spolio serpentis stringatur an= — Spo
cha mulieris ilico parit sed cum — liū ser=
parit ilico amoueatur. ¶ Et si — pentis
spuma maris super coxa sinistra
mulieris suspendatur accelerat.
¶ Et Kirandus dixit si in partu
est periculum teratur semen ag=
tum peonie cum oleo ⁊ inungan=
tur lumbi et pecten et absq3 do=
lore pariet. ¶ Et dixit si teneat
in manu mulier radiculam ozi= — Radix
mi ⁊ pennam yrundinis ilico pa= — ozimi.
riet sine lesione. ¶ Item dixit si
cum fimo vacce suffumigetur sub
ascella parturientis partum ac=
celerat et secundinaz educit. ¶ Et
Rasis dixit si mulier modicum
lactis catule bibat cum modico
melle et vino equaliter fit partus
facilis ⁊ eijcitur fetus mortuus.
¶ Et iterum dixit quod testiculus — Testi.
dexter leopardi si a muliere etiā — dex. leo
annosa que menstrua perdide= — pardi.
rit sumatur illa reuocantur. Et
quecunq3 etiam dicta sunt supra
capitulo de expulsione fetus ad
hoc capitulum reducūtur. ¶ Pro=
uocat etiam menstrua ⁊ educit se
cundinam sessio facta in decoctio
ne stipidum ⁊ foliorū alrorū qđ ex
perti sumus. Idem autem operat᷑ — Cibus
cibus christianorum qui talis est — xp̄iano
coquant᷑ simul oliua alea ⁊ nuces — rum.
⁊ comedātur in hoc valde operā=

tur.¶Si autem lac ſiccus cum vi
tello oui ſupponatur matricẽ mũ
dificat ⁊ mẽſtrua prouocat.¶Caſ
ſia lignea eſt in hoc caſu idonea
quãdo menſtrua detinẽtur a mul
titudine ⁊ groſſitie ſuperfluitatũ.
¶Potẽter aũt educunt menſtruũ
flores policarie quãdo triti cũ fo=
lijs ſuis ⁊ mixti cum oleo dant in
potu.¶In hoc caſu milium ſolis
eſt mirabile bibitũ.¶Idem autẽ
facit decoctio foliorum ⁊ ſtipitum
Aſſa. ſaluie bibita. Aſſa queqꝫ bibita
cũ mirrha et pipere illa imperat.
¶Fortiter aũt prouocat illa ab=
ſinthium cũ ydromelle ſuppoſitũ.
¶Idẽ aũt facit ſquilla ⁊ eius ace
Oua tum.¶Scriptũ eſt ꝙ oua anſeris
āſeris. tepi. cum oleo diſtillata in matri=
cem illa prouocant poſt quatuor
dies.¶Educit aũt ea a proprieta
te hypericum.¶Semen autem le
uiſtici illa prouocat virtuoſe: ſicut
etiam pulegiũ.¶Sucudus etiam
ſi ſubijciatur illa pronocat. Dixit au
tẽ de eo ſic Dyaſco. quãdoqꝫ ſubli
matur climia ⁊ ſublimatur in tu=
tia bona ⁊ quod remanet inferi⁹
eſt climia que vocatur ſucudus.
Sucu- ¶Si aũt de radice peonie quãtum
dus. eſt vna amigdala ſumatur mun=
peonia dificat et ſuperfluitates que in par
tu ſunt educẽde. Nos aũt bene il=
lam contenretes damus cũ meli=
crato in potu.¶Experti etiã ſu=
mus ꝙ ſi mulier peſſarizet ex ſpi=
ca nardi: ⁊ etiã ex ea bibat men=
ſtrua prouocat.¶Omnis etiã ari
ſtologie ſpecies prouocat mẽſtrua
⁊ fetũ eijcit ⁊ matricem mundifi=
cat.¶Ego vero experientia noui
qđ ſi ſumatur albumẽ oui ⁊ cũ mo
dico olei conquaſſetur ⁊ ex eo la=
na vel ſtupa intinta ſuper os col=
li matricis epithimetur: ⁊ etiam in=
ter labia aliquid ingrediatur ma
tricẽ mundificat a ſuperfluitatib⁹
partus ⁊ facilime ⁊ ſaluberrime
Secre euacuat. Secretũ quod a Ga. ac=
tũ Ga. cepimus qđ mẽſtrua puocat ⁊ vẽ

toſitates matricis expellit.℞. eu
patorij: ſpice: corticũ caſſie lignee:
zafrani: ſeminis apij montani et
domeſtici: liquiritie: ſquinanti: ſe=
minis boli armeni loco eius poni=
mus ſemen leuiſtici rubee omniũ
añ. ʒ. iiij. ⁊ auedſeni. ʒ. iij. maſticis
lace non ablute ſpodij ro. rub. ari=
ſto. omniũ añ. aur. j. terantur et
cribellentur ⁊ conficiantur cum mel
le deſpumato. Doſ. omni die ʒ. ʒ.
ij. vſqꝫ ad. ʒ. iij.¶Secretum autẽ
quod mẽſtrua prouocat aliud. ℞.
ſpice inde ⁊ romane: corticum caſ
ſie lignee: rubee: tinctorum: aſſari:
aniſi omnium ana. quartam. ℥.
vni⁹ medulle ſeminis mellonis:
medulle ſeminis cucumeris: gra=
norũ nere i. ſpice ro. faſeoleorũ: ſe.
apij: ruthe ciceris nigri: ſe. endi=
uie: berbene: neride. i. ſpice ro. co=
ſti omnium añ. aur. j. terantur: et
cribellentur ⁊ liniantur cum oleo
de amigdalis ⁊ conficiantur cũ
melle diſpumato et ſumantur ex
eo omni die grana. iij. cum aqua
decoctionis faſeoleorum vel cice= Tyria-
rum vſqꝫ ad. viij. dies.¶Valet ca.
etiam in hoc caſu tyriaca noſtra
ſcripta. ſ. capitulo de ſoda. in fine
ſumpta cum aqua decoctionis iu
niperi et feniculi.¶Ad idem eſt
confectio ſcripta ſupra capitulo
de ſurditate in fine ſiue prope fi=
nem.

Gloſſa.

a Hic capitur lapis adle pro ma=
gnete licet non ſic: ſꝫ eſt lapis pre
gnãs que habet facere hoc et con
ſeruare fetũ: ⁊ hoc diuerſis aſpe=
ctibus ſuperiorum propter ſapiẽ=
tiam diuinam.

Additiones.

Ad menſtrua prouocanda et
matricem mundificandam trife=
ram magnam reſolue in oleo mu
ſcelino vel communi ⁊ bulliat ad
ignem in ciclamine et cum bam=
bice in hoc intincto fiat ſuppoſi=
torium.

¶ Pessarium optimum. ℞. radicis gentiane pulegij regalis ana. ʒ. j. nigelle. ʒ. j. carnium ficuum quantum sufficit ad incorporandum conquassanda conquassentur et cum succo mercurialis fiat massa valet enim multum ad menstrua prouocanda et non inducit ardorem nec excoriationem aliquam. Et fortius foret si cum succo cucu. asinini fieret massa.

¶ Capi. 4. De retentione menstruorum et oris matricis et exiccatione eius.

Sicut oportet multotiens menstrua prouocare: quoniam ex eorum retentione generantur egritudines sunt. Ita oportet restringere quando preter cursum nature eorum superfluit exitus et os matricis exiccare ab humiditatibus que superfluunt ad ipsum et illud constringere. ¶ Et os quidem matricis stringit euforbium tam fortiter (Euforbium.) vt prohibeat fetum egredi. ¶ Ego autem sic multoties os matricis strinxi cum hoc medicamine vt corrupta apparuerit virgo quod est ℞. Gallarum aluminis squinanti foliorum lilij ciperi balaustiarum corticum granatorum et radicum mori: corticum medianorum castanearum et glandium ana. coquantur in aqua et ex ea lauet mulier multoties vuluam suam et immittat in ea: et exiccat etiam hec fomentatio humiditates ad matricem defluentes. ¶ Ad humiditates que faciunt fetum lubricare folia porri a proprietate conferunt. (Folia porri.) ¶ Si vero sit antiquus fluxus humiditatum ad matricem tunc fiat nascale cum ferrugine ferri: et est in hoc vltima medicina. ¶ Expertus etiam sum quod etiam vinum decoctionis eius illa retinet. ¶ Nascale autem factum cum succo virge pastoris sistit antiquum fluxum et immoderatum humiditatum ad matricem. ¶ Humiditates etiam albas que egrediuntur aufert sumach et etiam anisum. ¶ Menstrua autem cum superfluunt succus portulace mirifice stringit si pesarizetur non quid et comesta hoc faciat mirifice enim stringit illa. ¶ Etiam cortex mediarius glandis et arboris eius. ¶ Similiter autem omnia alumina menstrua detinent et maxime alumen iamenum. (Alumina.) ¶ Dixit autem Serap. quod proprietas spice est menstrua detinere quod sit verum dico quod loquitur de spica montana. (Spica.) ¶ Uirga autem pastoris est optima in hoc casu. ¶ Et Kirandus dixit quod ouum crudum si sorbeatur sistit fluxum muliebrem. ¶ Et Ras. dixit quod si modicum stercoris leporis ponatur in vulua menstra detinet et desiccat matricem desiccatione vehementi. ¶ Fex autem vini non adusta emplastrata pectini et renibus illa sistit. (Fex vini.) ¶ Stercus quoque caprarum montanarum siccum et tritum mixtum cum thure suppositum illa stringit. ¶ Succus autem barbe hyrcine bibitus sistit: aut herba ipsa emplastrata: et in hoc flos eius est adhuc fortior. ¶ Decoctio quoque semperuiue illam detinet. (Semperuiua.) ¶ Solatrum quoque submissum illa abscindit. ¶ Similiter radix syluestris ydre bibita et emplastrata illa sanat. ¶ Et dixit Gal. quod cauda equina bibita vel emplastrata est validum farmacum. bibatur autem cum vino vel aqua. ¶ Experti etiam sumus quod cornu thauri vel bouis cum aqua sumptum in potu: et cum aceto renibus et pectini emplastratum illa detinet. (Cornu thauri.) ¶ Idem autem operatur cinis ossium coruorum eorum et similiter applicatus. ¶ Quecunque menstrua detinent et fetum in matrice fortificant. (A) ¶ Sed experientiam habemus quod in matrice fortificat ipsum et auget mulsa quando pregnans ex ea mulsa frequenter comedit. (mulsa.) ¶ Ego vero

tur eni facies & abstergit ois fedi tas cutis & fit color bonus cu per mixtione rubedinis. ¶ Expertum aliud quo dne bene multu vtunt et experti sunt mirabile: permutat eni faciei pelle & relinquit alia preluciditate: & aufert oem feditatez que esset in cute et est. ℞. aque tartari partes .iij. saponis liquidi nigri parte .j. argenti viui partes .xx. bulliant simul in ciato super prunas & cu bulliunt subito ponat ciatus in aqua frigida: ita tamen quod aqua non ingrediatur: sed solum feruor extinguat: & iterum bulliant & extinguatur vt prius & hoc fiat nouies ex quo facies fortiter inungatur: et multu de ipsa superponatur & teneatur nouem diebus cotinuis sup facie et in balneo postea facto cum facies bene iubet & ppter balneuz sudet fricetur suauiter valde liniens super faciem: hoc etia vnguentu extirpat callos. ¶ Aqua aut tartari sic fit. ℞. tartarum et pone super prunas & sine illuz ardere donec albescat postea accipe cu & pone cu in sacculo panni linei & pone in loco humido sicut periu sub vasis & suppone ciatuz vel ampula & collige aquam: hec eni aqua sola linita grossas serpigines sanat subito: & facit capillos flauos & faciem lucidam. Qd si hoc predictum sequatur vsus huiusmodi alterius vngueti erit effect' mirabilis & est. ℞. anguillam et euiscera & laua bene & incide illam & laua: deinde construe pastellum vnum hoc modo pone petiam lineam mundam magna super crustam inferiorem: deinde pone folium vnum & vnum cerusse bene cocte & folium vnum medulle vituli & sic gradatim reple pastellum: deinde reuolue petiaz super gradu superiori & claude pastellum cu superiori crusta post pone i furno donec sit cocta: tunc ℞. pastellum & discooperi eum et eleua totu quod est i pastello sursum cum petia que continet totu eleuata prius crusta superiori et collige per se subtile qd p se egreditur: postea exprime manibus & collige quod per se egreditur & feces per se recunde. Ex primo quedem propter sui subtilitatem potest super faciez poni de die sz de nocte ponat qd est mediu quia expressione est grossius. hoc itaq vnguentum siue cum preuisione primu siue non: faciem dilucidat et omnes feditates cutis tollit: feces autem superinuncte fissuras que fiunt in pedibus et manibus et facie sanat. ¶ Aqua mirabilis cui est insistendum mire enim dilucidat faciem. ℞. Argenti viui. ℥.j. imponatur argentum viuum in ouo paruo in ipso facto forami ne postea obstruatur foramen et ponatur in olla & ferueat vsq ad perfectionem decoctionis oui et indurationé: deinde tollatur argentum ex ouo et misce cum alio in parasside vitreata in qua nulla sit macula et agitetur quaq die in sole pluribus horis cum baculo mundo: et quandoq cum digitis valde modicum aque superaspergatur et hec fiat donec totum manifeste albescat & quandoq per mensem statur anteq ad hunc terminum perueniatur: tunc vltimo teratur et ponatur in ampulla vitrea plena aq sublimationis florum nemifaris albi qui sunt lilij albi. et si hoc non habetur tollatur aqua lilij domestici aut etiam aqua communis sed prima est perfectior: secunda autem quantum vltima totum ergo fiet sicut lac ex hac mirabiliter post ablutionem faciei communem et exiccationem facies subtiliter liniatur: et sufficit quandoque vna linitio pluribus diebus. ¶ Aliud

expertum leue pulcherrimus. Rx. radicem serpentarie et eam per frustra minuta diuide et exicca eā in sole postea pulueriza eā et cribra per pannum strictum postea confice eam cum aqua ros. et sine ipsum bene siccari in sole: deinde iterum teratur et addat ei quantū est tertia pars eius ex cerusa: et iterum cum aqua rosa. incorporetur et exiccetur et teratur hoc itaque puluere facies liniatur cum aqua rosa. vel aliquo alio liquore: perlucidam et lucidam eam faciem et pannum et alias maculas remouet. ¶ Aliud. Rx litargirij aurei puluerizati lib. j. et coque in lib. ij. aceti albi clari vsq ad cōsumptionem medietatis postea colla et sui reserua in vase vitreo. Item. Rx litargirij aurei puluerizati salisgemme aā lib. j. aque pluuialis clare lib. ij. coque et cola vt supra et serua: cum ergo operari volueris. Rx. prime partes .ij. secunde partem vnam commisce et vtere sicut alijs hoc idem reperi in margine.

¶ Tractactus secundus quinti sermonis. De remotione omnis feditatis a cute et continet tria capitula.

¶ Capitulū .i. vniuersale. De remotione omnis feditatis a cute et facie et de sudoribus.



Multa sunt dicta in cap. precedenti que tanq vtilia hic possunt adduci sicut et hic multa dicentur que possunt adaptari ad illud. ¶ Dicamus igitur qd Gal. dicit q omnes exflorationes cutis succus ciclaminus delet illinitus. (Succ⁹ ciclaminis.) ¶ Ad omnem etiam maculem corporis et bothor confici t lupinus et maxime eius decoctio facta vsq ad dissolutionem substantie et similiter cocticum nuce cipssit et aceto et emplastrati. ¶ Confert etiam illinitio facta cum gūmi. rhute agrestis: sed vltra horā non dimittatur super locū. (Gūmi ruthe agrestis.) ¶ Omnem etiam malum colorem in cute existentem siue propter egritudinem siue propter apostemata siue propter aliam causam comestio ficuū acerbarū rectificat. Et similiter linitio facta cum eis. Cōfert etiam et speciebus eorum et morpheam. ¶ Ad omnem impetiginem proprie cōfert sperma hominis superinunctum. ¶ Et dixit Rasis si ponatur fel galline sup maculas factas in corpore aufert illas. ¶ Et similiter cepe tritū misceatur cū sepo galline delet maculas rubeas. ¶ Et q sāguis gallinarum nigrarum aufert maculas sictidas. (Sang. galline nigre.) ¶ Omnis etiam macula corporis cum elleboro nigro solo vel mixto cum olibano pice liquida cera oleo de citro et aceto delebitur. Easdem autem omnes factas maxime propter sudorem in balneum: radix lapatij trita cum aceto et alumine liquido mire tollit maculas. ¶ Etiam omnes tollit granum been superfricatum eis. (Granū been.) ¶ Quod autem omnes maculas tollit etiam sine vlceratiōe que fiat in cute: est radix mādragore quando ex ea macula fricatur in sole. v. vel. vj. dieb⁹. Idez autem operatur et lac eius. ¶ Semen etiā nasturtij cū melle inunctum omnez maculam abstergit. ¶ Idē facit lac tithimali inunctum sed vlcerat. ¶ Quod etiam abstergit corpus ab omni macula et reddit bonum odorem eius est terra que inuenitur in spica quando cum ea fit ablutio et manus facit pulchras quod experti sumus frequenter. ¶ Ad omnes etiā sordes tollendas: sinapis syluestris est

emplastrum bonum. ¶Ad vesti-
gia autem nigra que fiunt in to-
to corpore calamentū recēns co- Calamētū.
ctum in vino ⁊ linitū delet. ¶Ad
eadem autem etiā radix peonie
abstergit higredinē que fit a san
guine cōgelato sub cute. ¶Aspal- Aspaltum.
tum dissolutum cum aceto ⁊ inun
ctum dissoluendo sanguinem tol-
lit. ¶Omnes etiam maculas san
guinis tollit linitio facta cum ace
to ⁊ melle: verū nimius vsus citri
zat cutem. ¶Omnes liuores ras
fanus sublimatus ⁊ etiā omnes
maculas totius corporis extra-
neas: ita qđ etiā morpheā nigrā. Uitellu3 oui assatū.
¶Etiā tollit pannū vitellū oui as-
satum ⁊ superpositū et ꝓ talibus
plura querātur sup ea. de liuori-
bus oculoꝝ. ¶Fetorem etiā sudo
ris tollit hoc. ℞. rof. quas ros nō
tetigit auř. j. spice auř. vj. myrrhe
auř. vij. fiant trocisci ⁊ liniant in
balneo. ¶Et vndē autem fetoreȝ ⁊
etiā ascelarū ⁊ totius corporis: et
oēm fetoreȝ tollit decoctio lape in
vino ⁊ bibita ꝓpter causaȝ dictā
super. cap. de prouocatione vrine. Mirt⁹
¶Fetorem etiā ascelaꝝ tollit mir
tus sicca ⁊ superfricata cū vino.
¶Idem etiaȝ facit myrrha linita
cū vino ⁊ albumine. ¶Et eisdem
cōfert qđ scribitur quarto ca. hu-
ius tractatus. ¶Et fetorē psiloti
tollunt folia persici emplastrata. Folia psici.
¶Ad superfluos autem sudores
vinum mirtinum mirifice prodest
qđ sic fit. ℞. fol. sumitatum et fru-
ctus mirti aā. ℳ. quatuor cōtun-
dantur ⁊ ponantur in tribus mo
dijs vini ⁊ bulliant vsq ad ꝯsum-
ptionem vnius modij coletur et
vsui referuetur sanat ⁊ hoc vinū
gīguas laxas ⁊ saniosas aures.
¶Oleum etiam mirtinuȝ stringit
illas ⁊ puluis spice romane sup- Spica roma.
pulverizatus. Et ego quidem nō
dubito ꝙ vnguentum comitisse
scriptum supra cap. de retentione
menstruorum qñ inungit corpus
eo: sudores restringit imo inun-
ctione facta per spinā. ¶Et qui-
dem nunc ponimus quedam ex- Expti
perta ad ea que dicta sunt supra
vt igitur omnne vestigiū abster-
gatur a quocūq loco corporis sit:
et precipue in corporibus duris
tollatur succus aut aqua deco-
ctionis racemorū vitis sylvestris
ferentis vuas ⁊ lauetur locus ex
eo. ¶Ut autē omnis feditas que
est in cute: remoueať etiā a qua-
cūq causa sit facta. ℞. radicis vi-
tis albe orobum ⁊ fenugrecū co-
quantur in aqua vsq ad dissolu-
tionem substantie ipsorum ⁊ etiā
de locus lauetur. ¶Sola autē fa-
rina orobi cum melle facta fm ar
tem idem facit.

¶Cap. 2. de impetiginibus ⁊ len
tiginibus ⁊ pustulis leprosis que
sunt in facie fetidis.


Loquemur ꝓpter bre
uitatem de oīb⁹ istis
simul. et Gal. dixit qđ
lichin ⁊ impetigo que
nascit sup petras cu-
rat oēs impetigines superlinita.
¶Oēs aūt lichinas ⁊ ipetigines
gummi pini aggrestis cum aceto Gūmi pini aggre stis.
illinit⁹ optime curat: ⁊ illas etiaȝ
puerorū ⁊ maxime melle vel zuc-
caro sibi addito. ¶Easdē aūt pue
roruȝ sanat saluiasheium ⁊ maxi-
me cū cāfora superlinita. ¶Eisdē
etiā multū cōfert superfluitas ce Superfluitas cere.
re quā apes eijciunt de domicel-
lis suis ⁊ inuenitur in eis superli
nita. ¶Succ⁹ quoq tapsie cū eli-
bano ⁊ cera equali pondere lenti
gines lipidat. ¶Marchasita sub- Succ⁹ tapsie.
tiliter trita: ⁊ cū aceto superlinita
a ꝓprietate illas abstergit. ¶Ple
ne aūt omnē impetiginē et lenti-
ginem aufert sordities que repe-
ritur i semicupio balnei siue que
est in fundo vel perietibus super-
linita eis. ¶Succus autem cicla
minis et semen eius et siccum et
recens maxime cum saps impo-

situs illas mundificat. ¶ Stercus etiam trudi maxime comedentis rizum illas abstergit abstersione forti: et similiter stercus lacerti et stellionis et locustarum super linita. ¶ Confert etiam linitio facta cum sanguine leporis calido sicut ab animali accepimus. ¶ Granum etiam been et eleborus niger: et radix mandragore sicut dictum est de eis in cap. precedenti lentigines et impetigines abstergunt. ¶ Et Kirandus dixit quod stercus columbe cum aceto illinitum lentigines et impetigines abstergit et maculas faciei soluit. ¶ Omnes etiam lentigines et impetigines tollit radix hyreos sola fricata vel mixta cum eleboro confert etiam ad pannum. ¶ Cinamomum lentiginosis maculis superpositum confert et etiam panno. ¶ Easdem autem tollit radix dragontee crispe superlinita: et puto quod sit iarus. ¶ Tollit autem et lentigines et predicta confricatio amigdale amare. et similiter linitio facta eius decoctione eius ligni. ¶ Idem autem potest adeps piscis anatis et adeps asini supinunct⁹. ¶ Litargirium etiam maxime ablutum illis confert. ¶ Impetigines autem malas vlceratas scimus quod sanat lolium et sulfur simul cum aceto trita et superlinita. ¶ Easdem etiam cum serpunt mire tollit aqua tartari scripta supra tracta. primo huius sermonis superlinita. ¶ Et experti sumus etiam vnguentum factum cum cera rubea: et cinabrio et oleo ros. et sit solidum. ¶ Easdem autem sanat et etiam lentigines et impetigines: panis frumenti cum aqua et sale quando eo infunditur impetigo. ¶ Si etiam tollantur radices rubee cum aceto et malaxentur tollunt impetigines et etiam morpheas albas et breuiter omnem fedum colorem existentem in cute. ¶ Pustulas etiam albas que apparent in facie tollit emplastrum factum ex nitro et semine lini et ficubus bene commixtis et superpositis. ¶ Confert etiam hoc panno. ¶ Ad pustulas autem leprosas que apparent in facie expertum paternum est vt ex tapsia bene pulverizata misceatur cum butyro et exinde facies inungatur vbi rubedo est inflabitur tunc locus et tunc superponantur folia caulium et emanabit multa aqua et hoc pluribus vicibus fiat postea locus hoc vnguento vngatur ℞. butyri: camphore: boracis: argenti viui sublimati: euforbii: thuris albi: spice: gummi arab. cerusse: dragaganti: armoniaci: sarcocolle. aluminis iameni ana. partem. j. coaguli leporis partem. s. terantur teranda et in aqua rosa. madefiant: postea accipe duo vitella oui parum coagulata in aqua feruenti et cum eis predicti pulueres bene incorporentur: et addatur iterum aliquid de argento viuo sublimato in fine simul omnia misceantur et incorporentur: de quo sepissime facies lauetur dissoluto cum aqua ros. ¶ Unguentum aliud pennum. ℞. olei de raffano: olei de vitellis ouorum olei de sulfure ass furfure. ana. partem. j. olei de semine cotti partes. ij. misceantur et ad quartam ℥. oleorum imponatur puluis ossis sepie. ʒ. iij. sulfuris viui. ʒ. j. s. Ego vero miram experientiam habeo circa hoc et post corporis mundificationem aqua superponatur huiusmodi. ℞. aque rosa. lib. j. aque florum lilij celestis lib. s. misceantur postea. ℞. sulfu. viui. ʒ. j. camphora pond. den. j. ossis sepie. ℥. s. medulle vituli. pond. den. ij. omnia per se terantur et cum aquis predictis singulariter agitando misce et omni die agitentur in aqua et teneantur in sole: et quanto plus tenetur in sole et agitatur tanto est melior: et inungatur ex eo facies siue liniatur. ¶ Aliud ad idem. ℞. sulfuris

Margin notes: Sterc⁹ trudi. Granum been. Eleborus niger. Radix dragontee. Aqua tartari. Radix rubee. Expertum. Aliud.


sulfuris vivi.℥.j.litargirij cerusse ana.℥.j.s.camphore aur.ʃ.j.assungie porcine recentis et collate.℥.ij.succi pomorum citoniorum.℥.j. terantur terenda quilibet per se et fiat pulvis subtilissimus: deinde omnia simul in mortario misceantur et in vase vitreo conserventur et locus ubi sunt pustule linatur ex eis.¶ De scissuris autem aliqd diximus supra cap.j.huius sermonis.¶ Et iterum dico quod eis confert linitio cum adipe galline aut asini.¶ Et dixit etiam Ra.quod adeps etiam galline faciem reddit lucidam.¶ Et non dubito quin unguentum nostrum scriptum supra ad scissuras labiorum sanat illas: et adducantur etiam quedam dicta supra de scissuris pedum et manuum.¶ Aqua mirabilis in delendis lentiginibus.℞.aluminis roche.salis nitri ana.℥.j.terantur subtilissime et in eis tritis exprimatur per pannum lineum spissum argenti vivi.℥.j.sepe cum pistello miscendo tunc pone in ampulla vitri colli longi et calefac fortissime ad ignem donec inceperit bullire tunc obtura fortissime collum ampule et pone totum super carbones ignitos et permitte fervere donec fervor per se desistat: tunc amove ab igne et sine infrigidari: tunc cum modico aceto fortissimo superasperge et iterum sine super ignem siccari tunc frange ampullam et adde pulverem que in ea adheret: tunc.℞.succi celidonie depurati ad ignem lib.s.et aceti fortissimi albi lib.s.bulliant simul cum pulveribus tunc pone totum in ciato uno et ciatum vacuum sub illo pone frustum filtri in liquore ita quod caput unum ipsius stet in ciato vacuo: et sine sic distillari per filtrum quod ergo distillatum fuerit collige et usui reserva.

Adscissuras. adeps gallie et asini

☞ Additio.

¶ Ad removendum lentigines et omnes sordities de novo factas et defendit pelles a crepaturis.℞. aquam que exit de terbentina distillata per alembicum et lava faciem eundo dormitum inde fassietur facies cum panno subtili in mane lavetur cum aqua furfuris tepida et ultimo lavetur cum aqua rosata videbis mirabile.

¶ Cap.3.De morphea et albaras et panno.



Quasi ista capitula poterant permisceri: cum enim eisdem auxilijs egeant differentibus secundum maiorem et minorem virtutem propterea de uno cap. fiat recursus ad aliud sive ad alia. Nunc vero de panno simul et morphea et albaras dicamus.¶ Et dixerunt quod amilum loco superpositum aufert pannum.¶ Et dixit Gal.quod radix lilij proprie confert.¶ Et dixit quod crocus ortulanus mundificat pannum et morpheam.¶ Et ortulanus mel et proprie quod est antiquum cum costo mixtum tollit pannum.¶ Et quidam etiam sumpserunt aquam cum eo.¶ Et dixit de radice vitis albe quod cocta cum oleo pannum delet: aut sicut dictum est supra circa finem secundi capituli huius sermonis.¶ Et dixit etiam quod pannum et vestigia cutis aufert linitio facta cum reubarbaro et aceto et etiam purgatio facta ex eo.¶ Et dixit Avi.in panno et in omnibus maculis corporis et morpheis confert purgatio facta cum roba.eius autem potio est girat alias chirat.xviij.cum vino dulci aut oximelle.¶ Et quando de ea accipitur pond.3.ij.et teritur et ponitur in vino dulci: et dimititur spatio quodam parvo et coquitur illud cum lentibus et ordeo et carne galline et ius illud sorbetur et quandoque additur scamonea.¶ Frictio etiam faciei cum pinguedine serpentis recenti tollit pannum

Crocus ortulanus. mel. Radix vitis albe. Pinguedo serpentis

et vestigia cutis. ¶ Et dixit Auic. Canabit et est caulis imperialis abstergit pannum et morpheam et secundum virtutem est magis iuua=tiua ad sorditiem et comestum et emplastrum: nam tollit in paucis diebus. ¶ Marchasita subtiliter trita et cum aceto linita a proprietate abstergit albaras et morpheam. Et dixerunt quod margarite dissolute et fricate statim albaras auferunt. Dissoluuntur autem si in succo limonum ponuntur et ibi dimittuntur: aut etiam pomorum citrinorum aliis citoniorum. ¶ Confert etiam et abstergit albaras et morpheam cinis calcanei porci adusti donec fiat albus superlinitus. ¶ Cepe etiam si in aceto dissoluatur et fricatur in sole. Et similiter bulbus eam tollunt. ¶ Et dicunt quod lenitio sanguinis leporis calidi sicut ab animali egreditur multum confert. ¶ Eradicant autem albaras folia et stipites Rebichengi .i. apij ranini superfricata. ¶ Radix etiam serpentarie crispe idem facit linita. Et similiter caro anatis adusta et linita albaras tollit. ¶ Folia etiam cuiuscunque mezereon linita morpheam tollunt et similiter lentigines: et quandoque cum eis miscetur sulfur. ¶ Folia etiam cipressi morpheam eradicant. Et semen altee cum aceto fricatum in sole idem facit. ¶ Ad morpheam autem albam et proprie cum incipit fiat fricatio cum cinere radicum affodillorum in sole: sed prius in sole bene fricentur cum panno bene aspero et potest liniri cum radice sola. ¶ Eandem autem albam tollit cortex radicum capparorum in aceto infusus et superlinitus. ¶ Idem autem facit rutha mixta cum nitro et superfricata. ¶ Cassialignea super faciem aufert humiditatem lacteam que quandoque apparet facie. ¶ Decoctio quam supra scripsimus ex secretis Gale. morpheam in corpore sparsam tollens. ℞. trium mirabo. absinthij: epithimi: seminis sticados: suchaa: bedeguar violarum se. anisi. se. fenicu. polipodij loti et excorticati: ana. ʒ.i.s. berberis: spodij: turbit carnosi: cartamini: agarici: centauree: camedreos: camepitheos: omnium ana. ʒ.s. s. capilli ve. fumiterre ana. M. s. tamarindi: sebesten vel iniube. ana. ʒ.iij. Infundantur medicine in decem lib. aque bullientis die et nocte et decoquantur lento igne donec medietas consummatur post ea fricentur digitis et colentur et colature addatur tantundem rob. Dosis. ʒ.iij. cum. ʒ.iij. aque calide et aliquibus guttis olei sisamini: valet etiam ad omnes egritudines flegmaticas et melencolicas et icteritiam et ventositatem et humorem crudum.

Cinis calcanei porci. | Cepe. | Caro anatis | Mazereon. | Cassia lignea

¶ Tractatus tertius quarti sermonis. De scabie et lepra et continet tria capitula.

¶ Capitulum primum. De scabie et pruritu.



Oluerunt antiqui plurimi vbi de decoctione tractabant semper reminisci sermonem qui de scabie est. Et nos tale facientes idem faciemus. ¶ Dicemus ergo quod scabiem malam etiam que dicitur ignis sacer sanat inunctio facta cum chimolea et est quedam species terre. ¶ Si autem patiens inungatur ad ignem donec sudet cum oleo et sale et modico aceti sanatur pruritus et scabies salsitate. ¶ Ulcerosam autem scabiem aufert ziniar mixtum cum terbentina adusta et nitro super inun=

chimolea.

ctum. Et dixit Aui. et etiam mixtum cum gummi pini. ¶ Eandem autem curat fel thauri inunctum nitro et chimoles. ¶ Oleum autem de squinanto inunctum tollit omnem pruritum: imo etiam pruritum animalium: et hoc sumus experti. ¶ Si etiam ficus sicce coquantur cum folijs suis et cum radice nigre almezereon et inde scabiosus lauetur sanatur omnis scabies: imo etiam scabies animalium sanatur. ¶ Omnem autē scabiē tollit testa cancri marini. ¶ Et omnes concordant quod cardamomum cum aceto illinitum fortiter illa purga et sanat. ¶ Malignā autem scabiem sanat optime cataplasma factum ex cicere peregrino: et credo quod sit cicer sylvestre nec plus eo inuenio. ¶ Fex autem olei inuncta cū aqua dulcorationis lupinorū aut cum aqua decoctionis eorum aut cum vino decoctionis cameleōte est vtilissima. ¶ Et lupinus etiam cum radice almezereō nigre saluat illam bestiarum: et hoc experti sumus tollentes decoctionis radicis camelconte nigre lib. j. farine lupinorum ℥ j. fecis olei antiqui lib. s. fiat vnguentum. ¶ Eandem autē aufert exterior cortex cameleōte nigre mixtus cum calcanto pice liquida et sepo antiquo. Et nos quidem addim⁹ sulfuris viui ante et sepum ponimus quantum omnia. ¶ Semen etiam nasturtij cum melle mixtum et inunctum scabiem abstergit. ¶ Eleborus autem niger solus vel mixtus cum olibano pice liquida cera et oleo de citro et aceto scabiem tollit. ¶ Omnem autem pruriginem et asperedinem corporis mirifice purgat succus been intinctus. ¶ Cum fortitudine autem tollitur scabies si liniatur cum carui trito cum aceto. ¶ Et Ras. dixit quod sepum leopardicum oleo laurino inun-

Oleum squināti. — *Testa cancri marini.* — *Cicer pegrinus et qd sit.* — *Semē nasturtij.* — *Carui*

ctum confert difficili scabiei que scindit cutem. ¶ Remouet autem scabiem velociter et prurituū oleū de costo sicut experti sumus superinūctum. ¶ Acetosa autem vel ei⁹ radix in balneo cocta si patiens inde lauetur est vtilima. ¶ Et dicunt quod ad omnem scabiem storax liquida est epithima bonum et nos ponimus illud in vnguentis diuersificantes ista secundum diuersitatem humiditatis et siccitatis scabiei. ¶ Scabiem autem vlcerosam eradicant folia suhal recentia emplastrata. ¶ Argentum autem et eius scoria ad scabiem valde confert. ¶ Et similiter omnis scabies tollitur linita cum fructu vitis albe. Et nos facimus ex ea vnguentum et confert etiam egritudini cum aqua lauatur cutis. ¶ Oleū autem de alchitram et etiam ipsum alchitram inunctum omnem scabiem sanat: ita quod etiam illam animaliū. ¶ Sanat etiam eam cum est vlcerata farina ordei aut farina siliginis cum aceto forti more emplastri superposita aut etiam orobi et sumus experti. ¶ Et Gal. dixit in nonoloquens de sulphure mixto cū terbentina mundificat enim omnes huiusmodi passiones non repercutiendo in fundum multis alijs medicinis que sanant illas habentibus potentiam mixtā vel consumant ac repercutiant: ipsum autem iam multoties coquimus solum in aceto et emplastrantes refrenamus scabiē. ¶ Et nos quidem habemus ad scabiē vlcerosam expertum Gale. scriptum supra capitulo de alopitia i fi. ¶ Et scimus quod potio facta ex absinthio fumoterre passulis enucleatis ex mirabolanis citrinis est potio bona ad pruritum et scabiem. ¶ Unguentum nostrum expertum ad scabiē difficilis eradicationis: ita quod etiam sanat illam equos.

Acetosa.

rum et mugas eorum et restas fa- cta eplastratione postea ad equu cum stercore humano. Rx. sulphu ris viridis eris ana. partes. iij. olei oliue sicut ciatus vnus paru pinguedinis porci recentis que est in spina quantum pro duobus vel tribus den. habetur thuris quantum pro vno dena. habetur omnia simul trita post argentum bene bulliant semper agitando: in fine autem argentum addatur et misceatur et locus inungat. Ad candem autem difficilis eradi- cationis est hoc vnguentum. Rx. salis communis. ℥. viij. assungie porcine. ℥. x. succi fumiterre. succi plantaginis. olei laurini olei co- mmunis argenti viui extincti an. ℥. ij. fiat vnguentu quo patiens mane et sero et solum circa pulsus brachiorum et volas manuu inu- gatur ad igne. Et dico quod lotio facta ex succo ebulorum tollit sca biem et pruritu. Et sola ablutio facta ex aqua decoctionis lapa- tij et cameleonte scimus quod iuuat scabiosis. Sunius quoque experti quod succus cauliu inunctus il lam sanat quod si scabies sit fortis et humida misceatur cum aceto et vitello et liniatur. Si autem sca- bies sit vlcerosa et precipue in sui principio. Rx. foliorum vitis sylue stris partem. j. croci myrrhe au. partē. S. olei ros. et mellis. q. s. et fiat vnguentu. Et experti sum tam in vlcerosa quam non: vt lauetur primo cum nitro et oleo post abra- sionem pilorum postea liniatur cu lachryma vitis domestice que coagu lat sup palmites mixta cu assun- gia porcina veteri. Uerū facio scire vos dñe reuerende quod pfecta curatio egritudinis huius eget corporis eūone vniuersali pceden- ti si remouibilis d3 esse. Et nos circa illā apertionem materie vsi sumus sirupo hmōi. Rx. suc. endi. suc. laureole succi absinthij: suc. scabiose. succi fumiterre: succi bo- raginis ana lib. j. radicu3. v. añ. ℈. j. semi. cōiu frigidorum añ. ℥. j. ras. vio. añ. ℥. S. sandalorum al. et rub. añ. ℥. S. thimi epithimi came- dreos camipiteos añ. ℥. S. bulliāt oia in succis predictis depuratis et sirupizentur cum zuc. dos. ab ℥. j. S. vsque ad. ℥. iij. cū aqua decoc- tionis fumiterre. Sirup alius fortior. Rx. thimi epithi. seneLupu- li betonice: assari: arist. ro. gentia ne cinamo. cro. sandal. omniu ros. vio. florum boraginis: flor salicis nenufaris: equalia et quantu vis bulliant in suco fumiter. depura- te et in lib. j. oim pdictoru ponatur cineris vipere alias carnis vipe- re bene mundate et recētis. ℥. iij. Si aūt serpens exiccatus fuisset ponatur pulueris eius. ℥. ij. et co lature post decoctionem addatur zucchari quod sufficit et fiat sirupus dos. de die tertio in tertium ma- ne cum modico vini optimi vel aquosi, vt dispositio requirit ab ℥. j. vsque ad. ℥. ij.

Additio.

Ad sca. malā ftate salso expertū est balneū decoctionis edere ter- restris lauando pluribus dieb est enim vltimum.

Cap. 2. De lepra.

Non intendimus dice- re in hoc cap. sicut et in alijs fecimus commu- nem curam lepre: s3 so lum pretermisso regi- mine per dietam et potiones ea que laudauerunt antiqui et sicut ipsi vt in pluribus in cap. de decora- tione de ipsa sermonem fecerunt quando tractabant de scabie sic et nos etiam ipsos sequentes fa- ciemus. Dicunt ergo quod inun- ctio facta cum elebolo nigro sicut in precedenti cap. diximus de sca- bie multum secundum eos con- fert ad lepram. Cum autem le- pra incipit propter opillationem

Aliud optimum.

Cau.


Sirupus.

Elebo rus niger.

splenis vel eius apostema mul-tum laudauerunt vt omni mane bibatur ex decoctione radicum tamarisci cum passulis & nos hoc experti addimus modicum in decoctione predicta. Inunctio etiã scripta supra capitulo precedẽti circa finem facta cum sale oleo et aceto eo modo quo dictum est supra ibi leprã delet. Tyriaca et si bibatur continuo et corpus patientis inungatur cum ea multũ confert. Et dixit Ras. si suspendatur oculus vpupe super leprosum cessat lepra. Et dixit si pellicula que abscinditur in circuncisione pueri sicca et trita & mixta cũ modico musco detur in potu incipienti laborare ex lepra stat & nõ augmentatur. Et dixit si super maculas nigras que sunt signũ lepre sperma calidum ponatur curat. Caro quoqȝ serpentis mirifice prodest. Et dico q̄ Gal. in .xi. sui libri de simplicibus miro modo carnes has laudauit siue per se comedantur siue etiam vipera stranguletur in vino et patiens illud vinum bibat. Adducens ad hoc casuales experientias plures et etiam suas proprias quibus vsus fuit asserens etiã hoc in elefantia contingere esse laudabilẽ: imo esse principiũ curationis istius in illa. Et kiran. dixit quod stercus columbe cũ cedria mixtum & inunctum lepras et omnes maculas sanat perfecte. Et Auic. dixit qđ in lepra est bezaar vt dicitur caro rane cocta cum oleo et sale comesta. Et Gale. dixit cortex vlmi cum aceto mixtus sanat lepram.

Tyriaca. Caro serpentis. Stercus colũbe.

Cap. 3. De elefantia.



Sequentes Gal. q2 proximaȝ facit elefantiã lepre post capitulum de lepra dicem⁹ que ipse maxime dixit de elefantia. Est autem elefantia magnitudo pedis & cruris in aqua. cõia regimina per farmaca & vomitus facta opȝ precedere sed talia huius operis non sunt. Sed preter ista Gal. mirabiliter laudauit carnes ochiduarum & serpentum sicut statim in precedenti ca. diximus. Et dixit calamentum est bonum farmacum non solum vehementer educẽdo subtiles humores: sed etiam subtiliando & abscindendo fortiter grossos quales sunt vtiqȝ generantes hmõi egritudines. Sed in summa carnes ochiduarum & vinũ stangulationis earũ plaudauit. Et Kirandus dixit quod tota achia .i. mergus assata et esa elefantiam sanat. Sed sciendum q̄ vniuersaliter linimẽta dicta in podagra supra cõferunt in hoc casu: pmisso regimine si cause ꝓpue ꝓpriũ remedium adducatur.

Qui. elefantia. Mersus.

Tractatus quartus quinti sermonis. De combustione & est capitulum vnum.



Posuerunt etiaȝ antiqui in tractatu de decoratione tractatum de cõbustione forte propter feditatem cutis que fit combustione non minus rationabiliter. forte posset poni in cap. de vlceribus vel de soluta continuitate. Sed nos quicquid sit eorum vestigia imitabimur. Dixerunt ergo q̄ flos volubilis maioris que dicit cussus siue funis pauperum tritus & mixtus cum ceroto: est plus omni re iuuatiuus. Et nos experti sumus de eo florentie cuȝ mumia dissoluta in oleo & agitata facto vnguento quando in combustione sunt vlcera. Est autem cerotum oleum commune et cera mixta sm Gale. Et nos experti

Flos volubilis maioris.

fumus ponentes in ceroto oleum
ros.loco olei communis.Et etiam
dixit Gal.de plāta eius: q̄d cocta
cum vino cicatrizat eas que ab
igne sunt vlcerationes.Et idem
dixit de floribus.¶Et oleum etiā
bullitum in concauitate seu con=
cauatura radicum affodillorum
conferre dixerunt.¶Gūmi etiā
arabicum cum albumine oui mix
tum ⁊ superpositum vlcerari non
sinit.¶Emplastrum autem autē
factū ex floribus folijs fructu et
Hipericon.
semine hipericon mire facit sup=
positum.¶Sola etiā lanat intin
cta in albu.oui superposita mul
tum cōfert adustioni siue ab igne
siue ab aqua sit facta imo ⁊ ouū
statim impositum est vtile siue so
lum albumē.siue totū ouū cū cor=
Terra sigil.
tice suo quis ponat.Dixit Gal.et
dicunt de terra sigil.q̄ ipsa super
posita adustioni non sinit vesica
ri ⁊ si vesica sit facta curat eam.
¶Et sal etiam bullitum cum oleo
⁊ inunctum combustionem ignis
vesicari non sinit.Et ego expert⁹
sum idem in adustione facta ab
aqua.¶Rusticis autem approxi
Stercora.
mentur medicamina stercorum
vt tollatur stercoris ouis vel ca=
pre vel arietis et cum oleo ros.et
cera mixta superponatur ⁊ mul=
tum confert eis:nam consolidat
excoriationes eorū.¶Radix etiā
lilij domestici elixa in aqua vel
super prunas cocta cum oleo ros.
mixta superposita est singulare
presidium.Et dixit Gale.et vsq̄
ad cicatrizationem vsuras ducit
⁊ Aui.dicit q̄ est melior medici=
narum que sunt ad combustionē
aque calide.¶Optime autē pro=
Succ⁹ lactuce agrestis.
dest combustioni succus lactuce
agrestis cū lacte impositus.¶Et
dicunt q̄ cinis factus ex cortice
cucurbite sicce optime potest sa=
nare.et efficaciter.¶Folia quoq̄
ambrosiane adustioni superposi
ta sunt singulare presidiū.¶Vue
etiam sicce seruate in passo et su=
perposite maximū sunt presidiū.
Si autem vue condite in aqua et
sale superponuntur vesicari non
sinunt adustionē.¶Mirandus
autē dixit q̄ pili leporis combu=
sti ⁊ triti ⁊ superpositi siue per lo=
Pili leporis.
ca combusta sparsi vlcera mordēt
et cicatrices sanant:et pilos edu=
cunt.¶Et dixit Ras. quod ster=
cus columbi mixtum cum oleo vel
vnguento valet contra cōbustio=
nem.Ego aūt vtilissimū expt⁹ sū
vtens primo in pāno lini et post=
ea cū oleo ros.⁊ cera faciens vn=
guentum.¶Folia etiā sicle.ablu=
tis cocta ⁊ emplastrata prosunt.
¶Ad aq̄ combustionem.
¶Cū aūt est ab aqua adustio cor
tex pini superpulverizet et cica=
trizat illas ⁊ quandoq̄ inmiscemus olibani et pulueris litargi=
rij ante.⁊ contulit multum.¶Ad
combustionem ostracha purpu=
rea vsta cum sale ⁊ mixta super=
ponant ⁊ dimittant donec per se
cadant.¶Adustioni proprie que
adeps porci.
fit ab igne adeps porci lotus se=
cundū quosdā superpositus pro=
dest.¶Et dicunt q̄ acetum velo=
cius omni re sanat adustionem.
¶Et dixerunt non est res melior
calamo aromatico mixto cū oleo
ros.et aceto:sed Gale.dat cañ.vt
diuersitas corporum considere=
tur que mollia ⁊ dura sunt quo=
niam corpora mollia fortes medi
cinas non sustinent et acutas im
ponatur ergo acetum sm corpo=
Attramentū
rum diuersitates.¶Et dixit Gal.
attramentum quo scribimus sta
tim confert vlceribus igne vstis
mixtum cum aqua q̄ si acetū ha
beat multo magis confert.¶Et
experti etiā sumus q̄ folia mal=
uauisci aut malue domestice cru
da cum oliuis contrita et aqua
decoctionis eorum confert.¶Et
cinis etiam caulium cum albu=
mine oui superpositus multum
confert.

Tractatus.5.quinti sermonis De cadentibus et flagellatis continet duo capitula.

Capi.1.De cadentibus ab alto.



Cum quis ab alto cadit cōfert sibi ut bibat succi gentiane.3.j.cū aq. Quod si ex casu timetur lesio intrinsecorū mēbrorum detur ex terra sigil.in potu. Si etiam ex folijs betonice bibatur cum hidromelle usq ad.3.j. multum conferunt. Idem autem operatur si sumatur ex galbano sicut granum fabe dissoluto cum aceto aqua vel vino vel mellicrato. Sumatur etiam ex lixiuio facto ex ligno ficus dicto supra cap. de congelatione lactis et san.in stomacho: et bibatur ex eo usq ad 3.j.s.cum pauco oleo. Si quoq sumatur reubar.3.ß.cum.3.j.rubee tinctorū cū vino cōfert cadenti et etiam flagellato: imo et utrisq solum reubar. valde cōfert si usq 3.ß.tribuatur cum vino odorifero mixto: et tamen hoc sumus experti. Et dixit Mes.sanat etiam rupturas intrinsecas et hoc habet a proprietate sue substantie. Et expertus sum ad casum hūc pulverem valde bonum. Rx.lace: myrrhe croci aā.3.ß.fenugreci: castorei: aā.3.s. boli ar.3.iij. terantur et dentur cum vino permixto. Si autem cadens sit cum attritione lacertorum sumat in potu ex agarico Kirat.ij.aut.iij.cum vino dulci si non sit febris aut cum mellicrato. Quod si casus sit super unum membrū emplastretur mēbrū cū furfure sale et melle et confert multū. Sumatur quoq abs...

Succus gentiane.

Galbanum.

Reubarba.

Absin...

Unguentum nostrum qd valet casui et flagellato. Rx.corticum pinee maioris olei myrtini et cere.q. s. ad congelationem.

Ca.2.De verberatis et signis percussionum eorum.



Unanimiter oēs doctores antiqui tam Gale. q̄ alij voluerūt cum aliquis est verberatus si inuoluitur in corio ouis noviter excoriate vel etiam arietis et sic maneat in die una ac nocte statim sanatus est. Et dixit Ras. quod sanguinem coagulatum a percussione corium dictum supra positum dissoagulat. Et dixerunt si superponatur terra sigillata sup membra percussa vel attrita prohibet ea ab apostematione: et si ibi fuerit solutio continuitatis consolidat eam. Et si verberati et flagellati et omnis percussio emplastretur cum sumach prohibet apostemationem et delet etiam viriditatem eiusdem percussa etiam loca cum folijs pini emplastrentur. Qd si ex verberatione remanent cicatrices liniantur cū raffano et delentur aut cum semine eius mixto cum melle et proprie in balneo. Omnia etiā hmōi vestigia delentur si cum nucibus viridibus liniantur. Semen etiā sisami confricatum delet viriditatem percussionum et sanguinem cgelatum qui ex eis accidit idem etiam facit mel inunctum cum sale: et delet etiam omnem dolorē illarū. Aloes etiā epithimatum signa percussionum delet. Multa etiā hic possunt adduci de his que scripta sunt supra tract. de oculis sermone primo cap. de liuorib' oculorum: et etiam sermone tertio capi...

Corium ouis recētis excoriate.

Raffanus.

aloes.

¶ Tractatus sextus quinti sermonis. De impinguatione corporum macrorum et macresiendo pingues et continet duo capl'a.

¶ Cap.j. De impinguatione corporum macrorum.

Omissis omnibus que veteres scripserunt dicemus que magis utilia visa sunt in hoc capitulo: et dicunt quod lac in usu habitũ valde cõfert attenuat'. ¶ Et idẽ dicũt de usu cancrorũ fluvialium. Et dicunt etiã qđ lac mulieris valde cõfert attenuatis. ¶ Et panis de novo frumẽto fact' ipinguat cito. ¶ Et dixit Ra. sumatur sepũ lacerte et misceat cũ baurach et cimino carmenico et farina tritici et da in cibo galline aliquot dieb' donec impinguet q ergo ex ipsa comedit impinguabit ut vix contineat in pelle. ¶ Et ego quidẽ expertus sũ quod fricatio tot' corporis in hora cõplete prime digestionis cũ manib' levib' in omni membro primo donec corp' totũ calefiat et post hoc fricatiõe facta cum oleo bono cõi agitãdo cũ modico boni vini mirabiliter impinguãdo operabit. ¶ Et experti sumus ut tollat orobus et torefiat et teratur bene deinde misceat cum melle et ex eo quantũ nux una ol mane ieiuno sumat. ¶ Confert autem in hoc casu usus sisami excorticati. ¶ Pulvis autem bonus impinguans. Rx. farine amili sarcocolle aã ℥.v. vniantur cum butyro et cõficiãtur ut panis et exiccetur in furno et fiat pulvis. Dos. multis diebus in mane cũ aqua frigida ℨ.x. efficit hic pulvis colorem bonum. ¶ Aliud bonum expertum. Rx. zedoarie karaber papa. diagaganti: been al.mugat et est radix unde fit assa nunc eiusdem vel eudem omnium ana. partem primam terantur et cribellentur et bulliant cum butyro et bibãtur quaqꝫ die cum sauich .i. aqua ordei circa ℨ.j.

Cap.ij. De macresiendo pingues.

Si querimus pingues macrescere pter cõmune regimen ipsorũ dixerunt autores q hoc cupit: bibat quaqꝫ die ex sandaracha tres quartas ℨ.j. cũ aqua et oximelle et valde macre fit q ut ver sumus experti. ¶ Sum' qꝫ experti q assumptio musti malorũ granatorũ usqꝫ ad ℈.ij. cũ oximelle vel aqua etiã quaqꝫ die multum macrefacit qđ si haberi non põt loco eius ponatur cimini carmeni partes.ij. costi amari partẽ j. teranẽ misceãtur et administrẽtur. ¶ Ego aũt vidi iuvenẽ vehemẽtissime pinguẽ q quolibet mane assumẽs ciatũ unum aceti calidi in ieiuno cũ pipere factus est summe macer et pstuerauit, mustũ malorũ granatorum

¶ Tractatus.vij. De verrucis et callis et est cap. unũ.

Gaudẽtes brevitate simul dicem' de porris: callis: et verrucis q omnia ppriẽ sunt circa extrema. ¶ Et dicũt ãtiq q rutha sola cataplasmata optime curat verucas et porros. ¶ Si etiã super eis fricent xiloca racte virides ve hemẽter et omno delẽt illa. ¶ Stercur autem pecudum sm omnes et etiã sm Gal. cum aceto mixtum illa tollit et si sint ut clavi et mora et etiã veruce et essere etiã sꝫ Ras. ¶ Et similiter cantaris una superficata illa delet. ¶ Oẽs etiã verucas sive inversas sive nõ tollut xiloca racte,

Cātaria.
cinis salicis cū aceto citri sup emplat⁹ ⁊ exiccat.⁊ incidit eas ⁊ tollit etiā callos pedū sup locis etiā vñ porri euellūt̄ fricet̄ assa mixta cū ceroto al's croco vel ficub⁹:na3 ꝯfert valde ⁊ aufert residuū corꝝ. ¶Et scito experiētia lōga ꝙ portulaca fricata sup porros postꝙ̄ sunt euulsi vel radicit⁹ incisi eos exiccat ⁊ nō sinit eos reuerti a ꝓprietate q̄ est in ea etiā et callos. ¶Erradicat autem callos et porros farina nigelle mixta cum farina al' vrina antiqua et supposita. ¶Idē aūt opat̄ cepe cū sale tritū et superpositū aut etiā cū melle ⁊ nos experti sum⁹:pōt etiā cepe misceri cū adipe galline ⁊ tollit inūctū callos q̄ ꝓpter calciamentum fiunt:⁊ hoc experimento noui ꝓutile. ¶Aqua nr̄a etiā scripta supra sermone ꝑmo caꝑ.3.de rubificando pillos illos tollit. ¶Et similiter vnguētū scriptū caꝑ.ꝑmo huius sermonis dealbanda ⁊ rubificanda facie ⁊ hec oia plurimu3 sum expertus. ¶Uerrucas autem tollit cepe squille mixtū cū oleo et pice suppositū. ¶Idē aūt opat̄ et mel anacardinū tollit illud superpositū ⁊ verrucas ⁊ porros. ¶Pedes etiam locustarū cōfricati operant̄ illud idem. ¶Idē etiā operatur stercus lacerte aut stellionis superfricatum eis. ¶Lac etia3 titimali impositū illa delet. ¶Et dixit Kirandus fel vace carnis nostre callos rumpit et splendificat faciē. ¶Et Ra.dixit ꝙ bonus stercus inuolutū folijs:⁊ in cinere calefactum verucis plurimū ꝯfert

accenditur ignis confert. ¶Et dixit Sec ap. tollantur in kalendis mensis tot grana cicerum quod sunt porri vel veruce que vis sanare:⁊ cum vno quoqꝫ grano tangatur vnum quodqꝫ illorum:postea omnia ligentur in petia vna ⁊ post tergum proijciantur ⁊ sanātur:⁊ verum est.

¶Tractatus.8.De decoratione vnguiu3 ⁊ est capitulū vnum.



Dicam⁹ ergo de his q̄ antiqui dixerunt ꝙ quando vnguis atterit̄ eius attritioni cōfert emplastrum factum cum bulbis et sauic.i.succo ordei. ¶Ad idē etia3 et scisuras vnguiū confert emplastrum factū ex semine lini ⁊ melle et superpositū. ¶Idē aut operat̄ et semē nasturtij cū melle emplastrum. ¶Et nos quidē miscemus vtrūqꝫ cū melle.s.semen nasturtij et semen lini et linimus vngues scisas:⁊ etiā que excoriant̄ ⁊ sanamus eas. ¶Similiter etiā et cum candaruso cocto in aceto emplastrauimus scisuras vnguiu3 ⁊ sanauim⁹. ¶Leprosos aūt vngues sanat oleū mixtū cū lumbricis terrestribus ⁊ superemplastratum. ¶Et dixit Dya.ꝙ celidonia minor excludit vngues leprosas. Celidonia minor ¶Cōtingit aūt sepe augmentū superflue carnis esse circa vngues:⁊

aut stipites recentia sup vngue fricētur albaras tollunt. Est aūt chebichengi apiū syluestre siue rauinū quod habet lac. Jde aūt operaт fec vini cōbusta ⁊ cū pice superposita vnguibus quod vex scimus. ¶ Cātaris etiā supposita et emplata tolit albaras. ¶ Cum aūt oportet facere vt vngues cadāt nulceant cātarides cū ceroto et supponant ⁊ cadent. ¶ Diximus aūt supra quod cerotū ex cera sola ⁊ oleo communi conficitur. Et dixit Ga. q̄ etiā scarabei cū ceroto suppositi vngui faciunt illū cadere. ¶ Et Rirandus dixit q̄ sepū hirci cū visco ⁊ sādaracha emplastratum illos scabiosos eradicat. ¶ Eradicat aūt vngues ⁊ cadere facit visc⁹ quercinus qn̄ cum arsenico mixtus supponit vngui. Et nos verū experti sum⁹. ¶ Pix etiā sola liquida mixta cū cera cadere facit vnguē. ¶ Et dixit Gal. q̄ centaurea minor supposita vngui cadere facit eam.

Sepū hirci.

Sigillo consumatū est hoc opus cū auxilio eius a quo cūcta beneficia descendūt cuius totale fuit principiū ⁊ est mediū atq̄ finis cuiusq̄ uis tanq̄ eius instrumētum existens in opere cuiusq̄ irritante precepto calamū aggredi ad scribendū. ¶ Eidem ergo gratie infinite existant grataнter itaq̄ suscipe hoc opus reuerende mi domine in cuius honorē cōpilatum extitit. Nec ad meā tuberilitatē aduertas neq̄ forte defectus operis qui immediate sequūtur artificem: sed mentē auidam ad tua exequenda mandata vt ipse vna cū alijs scientijs quibus fulges tue solaciū menti adsit et vtilitas qualis pōt ⁊ vt sint presentes inter principes terre vtraq̄ video te pellere: ita per ipsum cētena sit tua perfectionum memoria ⁊ applicatio sumere lucē que tuos gest⁹ sic dirigat in hac vita vt tua opa feliciter ad votū ⁊ in posteriori sit tui vnio cū beatis.

¶ In baptistam ferā medicū egrotantem. Jocus.


Cum febris medicū ruri vidisset agentem:
Frenduit: ⁊ toruas sic ait ad comites.
Hic est qui toties hic nos turbauit ab vrbe.
De procerum thalamo de mulierum adytis.
Cogitat hinc etiam nos exturbare quid ergo?
I quartana tuis splene confige sagittis.
Ut cito per venas frigidus humor eat.
Paret: ⁊ in vulnus telum figit ille relinquens.
Rus redit ⁊ lecto languidus ecce iacet.
Pharmaca concursum facite: et clisteria ferte.
Ut per posticū querquerai febris eat.

¶ Gulielmi Uarignane medici cōsummatissimi pcepto serenissimi pncipis dñi. Meladini Baul croachon ⁊ boyue in veneranda ciuitate Janue sub. M.ccc.xix. die sabbati scdo exeūte Decembris. Opus pciouū p pstantissimū ⁊ Egregiū artiū ⁊ medicine doctorē. D. Magistrū Claudiū astariū papiensem omni cū ingenio suis mēdis castigatū: nec hincinde impressum ad laudem eius qui est trinus ⁊ vn⁹: ⁊ cuius nomen est super omne nomē feliciter finit.

¶ Lugduni impressum per
Benedictū Bōnyn
Anno salutis
nře. 1533.
16. apri
lis.



Tabula.





¶ Finis tabule.

¶ Regestum.

A B C D E F G H I K.Omnes sunt quaterniones.



6 . ③ ③ ③ 3.3 ..3. 3 ..6

.12. facit unã lib.

.3. facit unã ③

.iiii. facit unã .3.

.20. facit unã 9

Mac a mia fratello

13 ... 1581 ...